in fructũ:& ſic ſuum eſſe credit. nam poſſeſſor vſucapere poterit has res:nec dicitur fieri furtum, cùm non ſit affectus furandi. &.h.d.hæc.l.cum prin. ſequen.Fran.

alienauerit.[a] Itẽ ſi quis aliqua eximatione deceptus crediderit [b] ad ſe hereditatem pertinere, quæ ad eũ nõ pertineat, & rẽ hereditariam alienauerit: aut ſi is ad quẽ vſusfructus ancillæ pertinet, partũ eius exiſtimans [c] ſuum eſſe, quia [d] & fetus pecudum ad fructuarium pertinet, alienauerit:

Si res cuius poſſeſſio ciuilis & naturalis vacat, clãdeſtinè occupetur, nõ efficitur per hoc vitioſa vitio reali, ſed perſonali: & ideo licet occupãs nõ poſſit vſucapere, vel pręſcribere propter ſuã malã fidẽ, per aliũ tamẽ bonæ fidei poſſeſſorem cũ tit. poterit præſcribi. & dicitur vacare ciuilis vel naturalis, vel per negligentiã cõmiſſam in recuperãdo naturalem: vel quia poſſeſſor deceſſit ſine herede: vel per obliuionem quæ inducitur per lapſum longi temporis. h.d.

XXXVII. IDEM *libro ſecundo Inſtitutionum.*

FVrtũ non cõmittitur. Furtum enim ſine affectu furandi non cõmittitur.[e] Fũdi quoque alieni poteſt aliquis ſine vi nanciſci poſſeſſionẽ, quæ vel ex neglegentia [f] domini vacet, vel quia dominus ſine ſucceſſore deceſſerit, [g] vel longo [h] tempore abſuerit.[i]

XXXVIII. IDEM *libro ſecundo Rerum cottidianarum ſiue aureorum.*

QVam rem * ipſe quidem nõ poteſt vſucapere: quia intellegit alienum ſe poſſidere, & ob id mala fide poſsidet. Sed ſi alij bona fide accipienti tradiderit, [k] poterit is vſucapere: [l] quia neq; vi poſſeſsũ, neque furtiuũ poſsidet. Abolita eſt enim quorundã veterum ſententia exiſtimantium etiam fundi locíve [m] furtũ fieri.[n]

a *Alienauerit*.vt inſtitu.eod.§.ſed tamen.&.ſ.manda.l.mandatum.& idem in ſimilibus vbi iuſtus eſt error: vt.ſ.manda.l. mandatum.Sed nunquid ipſe heres per ſe vſucapiet? Reſpon.non: quia perſonali actione tenetur. ſed nulla eſt ratio: vt.ſupra.e. l. pignori.§. fin.ſed ea ratio eſt, quia videtur non bonam fidem habere; cum in ei⁹ locum ſucceſſit qui bonam fidem non habebat, nõ dico malam: vt j. de diuer. præſcrip. l. cum heres.& fa.ſ.de adqui. here. l. cum quidã. §. quòd ſi ipſe. Item nonne poſſ. deponens, & ſi alij tradita ſit, retinet? Reſpon.non: vt. ſ. eod.l.non ſolum.§. qui pignori.&.ſ.titu.j.l. iij. §.quòd ſi ſeruus. maxime rei mobilis.Accur.

b *Crediderit*.Vt ſi quis ſit inſtitutus heres, & poſtea ſit mutatum teſtamentum.Accur.

c *Exiſtimans*. ſcilicet errore iuris. & ſic eſt contra ſupra,l.nunquã. in princ.Sol.ſ.loquitur de eo qui per errorem iuris credit titulum emptionis iuſtũ eſſe, eum ipſo iure nullus ſit: hic loquitur de illo qui errat in facto, quia credebat fructuarium proprietarium eſſe. vel hîc non fuit error ex parte accipientis. Vel dic. vt ibi.

d *Quia*.hac ſimilitudine, quia &c.

* Vulga. Quare.

FVrtum.] CASVS in §.fundi quoq;. Poſſum aliquando poſſeſſ. fundi alieni adquirere ſine vi: vt cùm domin⁹ eam reſpuit: vel deceſſit dominus abſque ſucceſſore: vel ſi tradidit eam dominus obliuioni ex longa abſentia: & hanc poſ. ego intraui. nam adquiro eam: non tamen poſſum vſucapere, cum ſcio alienũ fundum me poſſidere: tamen ſi alij tradam bona fide accipienti ex cauſa venditionis, vel ſimili: poterit ille cui trado, vſucapere: nec dicitur hic fundus furtiuus, cùm loci ſiue fundi non poſsit fieri furtum. & hoc dicit hic.§.cum.l.ſeq.Franc.

Vt Sabini in lib. de furtis, apud Gel. li. 11. c. vlt.

e *Non committitur*.niſi vt.ſ.de condic.ob cau.l. cùm ſeruus.&. j. de fur.l.qui ſaccum.&.l.fullo.§. qui ancillam.

f *Ex negligentia*.vera, vt quia poſſeſsionem reſpuit & c.

g *Deceſſerit* .vel etiam cum ſucceſſore, ſed hereditatem non adiuit: vel ſi adiuit, poſſeſsionem non apprehendit: vt. ſ.titu. j.l. cũ heredes Accurſius.

h *Vel longo*. i. ex obliuione, quæ ex longa abſentia prouenire præſumitur: vt.ſ. tit.j. l. ſi idquod.j.reſpon.&.l.peregrè.in prin. & ad hoc.ſ.de damno infe.l.ſi finita.§. non autẽ ſtatim. Tempus autem ſolum nõ ſufficit: vt.ſ.quibus mo.vſusfruct. amit. l.ſi mulieri. Alij dicunt ſolo tempore amitti.vt ar.ſ. de vſufruc. l.arboribus. §. de illo. Item longo accipe quantum iudici videbitur, per quod obliuio inducitur: arg. inſtitu.de oblig. quæ ex quaſi delic.naſcun. §. j. non autem longum, vel .x. vel. xx .an. & facit inſtit.eo.§.quod autem.Accur.

i *Abſuerit*.à fundo.

ff. Nouum.

Pone hîc caſum, ꝙ quis occupauit ſolũ per vim, poſtea ibi ipſe vel alius ædificauit: deinde ad te peruenit ſolũ & ſuperficies bona fide & titulo. certũ eſt quòd ſolum nõ potes præſcribere: quia eſt affectũ vitio reali. an ſaltẽ ædificiũ? & dicitur quòd non: intelligo verũ reſpectu directi dominij: ſed reſpectu vtilis, ſi poſſedit tanquam ſuperficiarius, videtur ſecus. P.de C.

XXXIX. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

SI ſolũ [o] vſucapi nõ poterit: nec ſuperficies [p] vſucapietur.

Per hereditatẽ iacentẽ vſucapio cœpta per defunctum poteſt cõpleri, & ſine poſſeſsione. Pau.

XL. NERATIVS *libro quinto Regularum.*

COeptã [q] vſucapionẽ à defuncto poſſe & antè aditã hereditatẽ impleri, cõſtitutũ eſt.[r] *

Vitiũ furti vel violẽtiæ non purgatur licet res veniat in poteſtatẽ procuratoris. Pau de Caſt.

XLI. IDEM *libro ſeptimo Mẽbranarũ.*

SI rem ſubreptã mihi procurator [ſ] meus adprehendit: quãuis per procuratorem [t] poſſeſsionẽ apiſci nos iam ferè [u] cõueniat: nihilo magis [x] eam in poteſtatem meam rediſſe, vſúque [y] capi poſſe [z] exiſtimandum eſt: quia contra ſtatui, [a] captioſum erit.[b]

Si venditor ſuccedat domino rei furtiuæ vel dotalis, vitium reale purgatur. Bar.

XLII. PAPINIANVS *libro tertio Quæſtionum.*

CVm vir † prædium dotale [c]

k QVare.*Tradiderit*.ille qui ſine vi nactus fuerit poſſeſſionem.

l *Vſucapere*.vel pro donato, vel pro emptore, vel pro ſoluto, ſi ex his cauſis fuerit tradita.

m *Locíve*.& ita rei immobilis.

n *Fieri*.& ideo pręſcribitur.ſed hodie cõtra: vt in auth.vt ſponſa lar.§.rurſus. Accur.

o SI *ſolum.Non poterit*. per vim primò occupatũ, & poſtea inędificatum.Azo. Vel quia dotale, vel quia poſſeſſor habebat malã fidẽ: vt.ſ.l.proxi. vel nõ habebat nec poſſidebat.

p *Nec ſuperficies*. cũ ſolo, puta domus.ineſt enim ſibi: ſed ipſa per ſe quãdoq; poteſt: vt.ſ.eo. l.rerum mixtura §. Labeo.& econtra ſi ſolum poteſt, nõ tamẽ ſuperficies poteſt per ſe: vt.ſ. eo.l.eũ qui. ſed cũ ſolo poteſt cedere ei.ſic&.ſ. eo.l.ſi aliena.§.j.

q COeptam.ſecus ſi nõ cœptam: vt infra l.fi.§.fi.& facit. ſ.eod.l. nũquam. §.vacuũ.&.j. pro emp.l. qui cũ. in fi. &.l.qui fundũ.in princ. &.ſ.ex quib. cau. ma.l. cũ miles.&.ſ.de leg.j.l. legatũ eſt.§.ſeruo. &.ſ. titu.j.l.hereditas.&.j.e. l.iuſto.§.nondũ.Ac.

* Vide Alci. lib. 7. parer. ca. 26.

r *Conſtitutum eſt*. quia hereditas fungitur vice perſonę: vt.ſ.eo.l.heres & hereditas. &.l. nunquam.ij.§.vacuum.

SI rẽ.] CAS. Res mihi ſubrepta eſt: tandem peruenit hæc res ad ꝓcuratorẽ meũ. nunquid deſiit eſſe vitioſa, quæritur. Et dicitur ꝙ non. nã licet aliàs per procuratorem mihi quæratur poſſeſsio etiam ignorãti: tamen res mihi ſubrepta non videtur in meã poteſtatẽ venire quo ad hoc vt deſinat eſſe vitioſa, licèt perueniat ad meũ procuratorem me ignorante. & reddit de hoc rationem.Fran.

† Lex iſta cõcor. ad id qđ voluit gl. in c.1 §. volens itaque. verſic. exceptus illis. de colla. in Prag. ſanc. in verbo tolerandas. ad medium. Poſſeſſio an poſſit per generalem procuratorẽ adquiri.

ſ *Procurator*. generalis, non ad hoc ſpecialis. Alioquin nulla eſſet captio, ſecundum Io.& ita lex iſta eſt pro nobis qui dicimus per generalem adquiri poſſeſſionem, in eo quod dicitur, quãuis per procuratorem &c.licet R.diſtinguat inter generalem & ſpecialem: vt no.ſ.titu.j.l.j.§.per procuratorem.

t *Procuratorem*.etiam generalem: arg.contra.ſ.de adquir. hered. l.ſi quis mihi bona.§.ſed vtrum.

u *Fere*.quia ſi ſuo nomine nactus eſt poſſeſſionem, non adquirit nobis: niſi tradens hoc velit: vt.ſ.de dona.l.qui mihi.

x *Nihilo magis*.i.non ideò magis.Accur.

y *Vſúque*.repete, nihilò magis.

z *Capi poſſe*.quia dominum ſcire oportet ſe poſſeſſionem habere: vt.ſ.eo.l.ſequitur.§.tunc.

a *Statui*.i.ſi diceremus quòd in meam poteſtatẽ rediiſſet.Accur.

b *Captioſum erit*.colludentibus procuratoribus, & paciſcentibus cum furibus. Et no.quòd captio euitatur.ſic.ſ.quod met.cau.l.ſi cum.§.aliquando.

CVm vir.] CASVS. Si vir fundũ dotalẽ vẽdidit, nõ valet vẽditio. ſed ſi mulier decedat in matrimonio, & vir lucretur dotẽ ex forma pacti initi inter eos, cõfirmatur vẽditio. idẽ eſt ſi rẽ furtiuã vẽdidi, tandẽ ſucceſſi dño rei: nã cõfirmatur vẽditio. Frã. Accur.

c *Dotale*.prædium dotale dicitur datum inæſtimatum: vt Cod.

Q

vendidit ſcienti vel ignorãti rem dotis eſſe, venditio non valet: [a] quam [b] defuncta poſtea muliere in matrimonio confirmari cõuenit, [c] ſi tota [d] dos lucro mariti ceſſit. Idem iuris eſt cùm is qui rem furtiuam vendidit, poſtea domino heres extitit. [e]

In vſucapione inchoãda per heredẽ, mala fides eius nocet. ſecus in inchoata per defunctũ. P. de C.

XLIII. IDEM *libro vicenſimoſecundo Quæſtionum.*

B HEres eius [f] qui bona fide rem emit, vſu non capiet ſciẽs alienã: ſi modò ipſi [g] poſſeſſio tradita ſit: [h] cõtinuatio* verò non impedietur heredis ſcientia. [i]

In quæſitis per filiũfa. tam mala fides eius, q̃ etiã patris impedit vſucapionem inchoari. P. de Caſt.

Patrem vſu non capturum quod filius emit, propter ſuam [k] vel filij ſcientiam, [l] certum eſt.

Per filium putatiuum nobis non quæritur. ſecus per ſeruum putatiuum. Bar.

XLIIII. IDEM *libro vicenſimotertio Quæſtionum.*

C IVſto † errore [m] ductus Titium filium meum, & in mea poteſtate eſſe exiſtimaui, cùm adrogatio non iure [n] interueniſſet. Eum ex re mea quærere mihi non exiſtimo. non enim conſtitutum eſt in hoc, [o] quod in homine libero qui bona fide ſeruit, placuit. ibi propter aſſiduam & cottidianam comparationem ſeruorum ita conſtitui, publicè interfuit. [p] Nam frequenter ignorantia [q] liberos emimus: non autẽ tam facilis, & frequens, adoptio vel adrogatio filiorum eſt.

Vendens rem alienam præter voluntatem domini, transfert dominium, ſi tempore traditionis domini voluntas adeſt. Pau.

Conſtat, ſi rem alienam ſcienti mihi vendas. tradas autem eo tempore quo dominus ratum habet: traditionis [r] tempus inſpiciendum, rémque meam fieri. [ſ]

Quantum ad bonam fidem, initium poſſeſſionis inſpicimus quo ad rem ipſam: & etiam quo ad ea quæ procedunt ex ca. Bar.

Etſi poſſeſſionis, non contractus [t] initium, quo ad vſucapionem pertinet, inſpici placet: [u] nõnunquam tamen euenit, vt non initiũ præſentis poſſeſſionis, [x] ſed cauſã antiquiorẽ traditionis, quæ bonã fidem habuit, inſpiciamus: veluti circa partũ eius mulieris [y] quam bona fide cœpit poſſidere. non enim ideo minus capietur [z]

de rei vxo. act. l. vnica. §. penul.

a *Non valet*. vt inſtitu. qui. alie. li. in prin.

b *Quam*. ſ. venditionem.

c *Conuenit*. inter ſapientes. & tunc verbum conuenit, eſt præteritum. vel dic ꝙ ſit pręſentis temporis, id eſt conueniens eſt. Sed contra. j̃. de regu. iur. quod in initio. & l. qui ab initio. Sed dic non conualeſcit ſolo tempore, vt ibi: ſed alio cooperante ſic, vt hîc: vel non conualeſcit de rigore, vt ibi: ſed de æquitate ope exceptionis ſic, vt hîc. Itẽ contra C. de cap. l. nec nos. Solu. quòd ibi dicit non obeſſe quod fecit cum non erat dominus, ſcilicet quo minus ſit heres: obeſt tamen vt à vindicando except. repellatur. Item contra. s̃. qui & à quib. l. ſi ſeruo. Sol. ſecundum quoſdã aliud in libertate: pro qua ſi eam dat, non obligatur: aliud in his cõtractibus. vel dic vt ibi. Item argumen. contra s̃. de hered. inſtitu. l. ſi alienum. j. reſpon.

d *Si tota*. maximè, quia idẽ ſi ſolũ illum fundũ eſſet lucratus. aliàs ſi lucretur vir dotem ex pacto, ex perſona mulieris poſſet vindicare: nõ ſua: cùm contra ſuũ factum venire nõ poſſit: vt C. de reuo. donat. l. cum profitearis. ſed & tunc. ſ. ſi agetur ex perſona mulieris, poſſet exceptiõe repelli: vt. s̃. de euic. l. vindicãtem. Accurſius.

e *Extitit*. vt confirmetur, nõ ꝙ ſtatim ſit emptor dominus: ſed forte deſinit eſſe vitioſa. & facit. s̃. de contrahen. emp. l. ſi in emptione. §. item ſi emptor.

* continuatione.

† Scribẽtes hic iſtũ tex. reputãt ſin. ad hoc propo. quod & ſi adquiratur nobis p illum quem credim⁹ ſeruum eſſe noſtrum qui in veritate non eſt, & p liberum hominẽ quẽ bona fide poſſidemus: vt inſti. per quas perſo. no. adqui. §. item placet tamen ſecus in eo quem credimus filium & non eſt. &cæ. hoc optimè probant diuerſitatis rationes. Bolo.

HEres.] CASVS. Si Titius emit rem alienam bona fide, & deceſſit: & tandem tradita eſt eius heredi ſcienti alienam: dicitur ꝙ hic heres non vſucapiet. ſecus autem eſt ſi Titio tradita eſt, & tandem peruenit ad eius heredem. nam mala fides heredis non impediet vſuca. cœptam à defuncto. [PATREM.] Si mandante patre filius emit rem alienam, ſiue pater ſciat rem alienam, ſiue filius: impeditur vſucapio. Fran. Accur.

f *Heres eius*. emptoris.

g *Ipſi*. heredi.

h *Ttradita ſit*. ſecus ſi defuncto, quãuis ipſe malæ fidei ſit: vt. j̃. p emp. l. ij. §. ſi defunctus. & s̃. de Publi. l. eum qui. §. in hac. & hic ſubiicit. cui eſt contra. s̃ titu. j. l. Pomponius. in fi. quia requiritur bona fides tempore emptionis, & traditionis.

i *Scientia*. re tradita defuncto. vel dic ſcientia, id eſt propter heredis ſcientiam.

k *Propter ſuam*. ſ. patris.

l *Scientiam*. ſi mandante patre. ſ. filius emit nomine ſuo, vtriuſq; ſcientia nocet: vt hic. Item ſi patris nomine. i. ſi tempore contractus ſciuit vterque vel alter: vt hic, &. j̃. pro empt. l. ij. §. Celſus. in fin. §. ſuperueniens enim ſcientia patris non nocet. Sed quidam hunc caſum non approbant: quia filij ſcientia non nocet, ſed tãtùm patris ad vſuca. arg. j̃. pro emp. l. ij. §. Celſus. circa prin. In ſeruo dic vt. s̃. de ædil. edic. l. cum mancipium. & ſic ad hoc facit. s̃. de contrahen. emp. l. in huiuſmodi. &. j̃. pro emp. l. ij. §. ſi ſeruus. &. §. ſequen. &. s̃. de lib. cau. l. imò. §. fi. Sed arg. contra. §. de iur. & fact. igno. l. iniquiſſimum.

IVſto.] CASVS. Arrogaui Titium in filium meum non præſente principe: & ſic arrogatio non tenet. nunquid per iſtũ Titium adquiritur mihi ex re mea: dicitur ꝙ non: licèt ſecus ſi liberum hominem emam tanquam ſeruum: nam per eum mihi quęritur. & quæ ſit ratio diuerſitatis, dicit. [CONSTAT.] Rem a-

A lienam mihi hoc ſcienti vendidiſti, tandem tempore quo tradebas, dominus rei habuit hoc ratum. dicitur quòd inſpicitur tẽpus tradit. & ſic res mea fit. ſed qualiter vſucapiam eam? dic contra creditorem. [ETSI POSSESSIONIS.] Licèt aliàs tempus poſſeſſionis inſpiciatur vt tũc poſſeſſor debeat habere bonam fidem, quo incepit poſſidere: tamen aliquando fallit: vt ſi emi ancillam à nõ domino bona fide: quę ancilla prægnans eſt facta. tempore quo peperit, ſciui alienam. nam hæc mala fides ſuperueniens non nocet mihi in poſſeſ. huius partus, & in vſucap. idẽ in ſeruo quẽ bona fide poſſidebam & vſucapiebã, ſi interim captus ſit ab hoſtibus, & tandem reuerſus: & nunc incipiã habere malã fidẽ: quia nõ nocet mihi hæc mala fides. [NONDVM.] Siue teſtator ſiue eius ſeruus emit rem à non domino: & interim teſtator decedat: licèt nõdum adeatur hereditas, tamẽ interim cedit tempus ad vſucap. complẽdam.

*Filiusfa*. filiusfa. emit rẽ à nõ domino: tãdem fact⁹ ſui iuris eſt, & ignorabat hoc. nunc tradita eſt ſibi hæc res. dicitur ꝙ vſucapiet. [IDEM DICENDVM.] Dic caſum huius reſponſi vt in gloſſ. quæ incipit, emptam &c. [NON MVTAT.] Tu obligaueras Titio rem. licet iſtam rem vſucapiã, non tamen tollitur hypothecaria: nam ſicut aliàs vſuc. proprietatis non tollit vſusfruc. perſecutio, ſic & in noſtro caſu. [EVM QVI.] Vſucapiens factus eſt furioſus. vſuca. nihilo minus procedit. [SI CVM APVD HOSTES.] Pater aut dominus captus ab hoſtibus eſt: interim filius vel ſeruus emit rem à non domino: nunquid interim procedit vſucapio? Et diſtinguitur. nam ſi ſeruus aut filius emit rem ex cauſa pecul. tunc procedit interim vſucap. ſi autem non ex cauſa pecul. tunc non procedit vſucap. niſi pater aut dominus decedat in captiuitate. Fran.

m *Iuſto errore*. in princ. huius. l. no. differentiam inter filium putatiuum, & ſeruum putatiuum.

n *Non iure*. quia non coram principe vel magiſtratu: vt inſtitut. 

D de adop. in prin.

o *In hoc*. ſ. filio arrogato.

p *Interfuit*. quòd ex re mea & eorum opera adquiratur: vt. s̃. de adquir. re. do. l. adquiritur. §. de his.

q *Ignorantia*. ad hoc. s̃. de cõtrahẽ. empt. l. & liberi. & l. quia difficile item. &. s̃. de le. & ſenatuſ. l. ex his. & l. nã ad ea. &. s̃. tit. j. l. per eum. & l. quidquid. in fi. & ar. s̃. de le. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fi.

r *Traditionis*. & non emptionis.

ſ *Rem meam fieri*. qualiter ergo vſucapiam: vt. s̃. eo. l. ſequitur. §. lana? Reſpon. contra creditorem aliquem qui habeat ius in re: vt C. ſi aduer. credi. l. j. & ij. & facit. s̃. de pig. l. ſi fundum. §. j.

t *Etſi poſſeſſionis non contractus*. ſubaudi tantùm.

u *Placet*. imò vtrunque: vt. j̃. pro ſolu. l. iij. & pro empto. l. ij. in princ. quæ ſunt contra. Solu. hîc ſubaudi tantùm. q. d. non tãtùm contractus tempore, ſed etiam poſſeſ. Vel dic, hîc in aliis contractibus: ſecus in venditione.

x *Præſentis poſſeſſionis*. quæ à me incipit cùm naſcitur puer.

y *Mulieris*. ſit mulier furtiua vel non.

z *Capietur*. quæ à me incipit cùm naſcitur puer, & eſt vſucapio pro ſuo, cùm non habeatur in eo titulus.

*Quòd*

a *Quòd alienam.* ſed non furtiuam ſciui: alioquin impeditur vſucapio: vt ſupra eod.l. ſequitur.§. de illo. & infra pro ſuo.l.ſi ancillam.quæ ſunt contra. A

b *Eniteretur.* poſt conceptionem.

c *Poſtliminio.* quem dominus putatiuus poſſidebat & vſucapiebat: ſed licet interrupta ſit poſſeſſio & vſucap.& nõ aptetur poſtliminij fictio ad poſſeſ. interruptam, quaſi non ſit interrupta: tamen propter bonam fidem quam habui aliquando in ſeruo antequam caperetur, & nunc videor habere bonam fidem, licet malam habeam. nam ſæpe ius fingit eũ habere malam, qui habet bonam, ſecundùm Ioan. & idem dicas ſecundùm Azonẽ de peculiaribus quæ poſſidebat & vſucapiebat dominus ignorãs: & tempore reuerſionis ſerui habet dominus malam fidem: nam inſpicitur principium. & eſt ſpeciale in ſeruo, & eius peculio. aliàs contra.ſ. eo.l.ſi is.§.ſi quis bona. & facit.ſ. titu.j.l. ſi de eo.§.pen.&.ſ.eo.l.ſi is.

† Iſte text. eſt ſing. ad hoc propoſitum quod error iuſtiſſimus habet vim traditionis: hoc verbo etiã addito, quòd error iuſtus habetur pro titulo quo ad preſcribẽdum. Bolo. Concor. text. in c. dilectus extra de cõſue. & not. Anto. de But. in. c. apoſtolicæ. extra de dona. & Ale. in l. Celſus. ſ. eo. tit.

d *Hereditati.* ſcilicet iacenti.

e *Datum eſt.* vt. ſ.eod. l.cœptam. Accurſius.

f *Hereditarius.* nũc. ſcilicet non tunc cùm emit: ſed viuebat dominus: aliàs ſi nunc emit, tempus aditæ hereditatis inſpicitur: vt infra eo.l.fin.§.fina.

g *Cõparauit.* & per traditionem accepit.

h *Defunctus.* qui emerat. Accurſius.

i *Cœperat.* per ſeipſum.

k *Singulari.* aliud de iure communi: vt ſupra eod.l. fine. & ſic ſupra eo.l.rerum.§.Labeo.

l *Ignoraret.* quia ignorabat patrẽ mortuum.

vſu puer, quòd alienam [a] matrem priuſquam eniteretur, [b] eſſe cognouit. Idem in ſeruo poſtliminio [c] reuerſo dictum eſt.

Tempus quo iacet hereditas, computatur in vſucapione cœpta per defunctũ, vel etiã per ſeruum hereditariũ iacente hereditate ex cauſa peculiari. Pau. de Caſt.

Nondũ aditæ hereditati [d] tempus vſucapioni datum eſt: [e] ſiue ſeruus hereditarius [f] aliquid cõparat: [g] ſiue defunctus [h] vſucapere cœperat. [i] ſed hæc iure ſingulari [k] recepta ſunt. B

Error in facto non impedit vſucapionem. Item circa traditionẽ ſufficit error iuſtiſſimus. Bart.

Filiusfamiliâs emptor † alienæ rei, cum patremfamiliâs ſe factũ ignoret, [l] cœpit rem ſibi traditã poſſidere. Cur non capiat vſu, [m] cum bona fides initio poſſeſſionis adſit: quamuis eum ſe per errorem [n] eſſe arbitretur, [o] qui rem ex cauſa peculiari quæſitam nec poſſidere [p] poſſit? Idem dicendum [q] erit & ſi ex patris hereditate ad ſe perueniſſe rem emptam [r] non leui [ſ] præſumptione credat. C

Vſucapio triennij non perimit ius fructuarij vel creditoris. Bart.

Non mutat vſucapio [t] ſuperueniens pro emptore vel pro herede, quo minus pignoris perſecutio ſalua ſit. Vt enim vſusfructus vſucapi non [u] poteſt: [x] ita perſecutio pignoris, quæ nulla ſocietate dominij coniungitur, [y] ſed ſola conuentione conſtituitur, vſucapione rei non perimitur.

Furor non extinguit vſucapionem inceptam. Bartolus.

m *Cur non capiat vſu.* quaſi dicat, concedendum eſt quòd vſucapiat, quamuis, &c. & allegat rationem quare videbatur contra. ſed non eſt. Sed certè imò videtur contra: vt.ſ. eod.l.ſi fur.§.j. Sol. ibi in iure errauit: hîc in facto: quia non putabat ſe patremfam. vel illud eſt cum putabat quis ſibi non licere, id eſt eſſe licitum. hîc verò non putabat eſſe illicitum. arg.ſ. de pact.l. iuriſgentium.§.ſed ſi fraudandi. Vel ibi in re quę vſucapiebatur: hic in perſona vſucapiente. Vel ibi nec ſibi nec alij credidit poſſe vſucapere: hîc ſic alij. D

n *Per errorem.* facti, non iuris, qui vſucapioni non prodeſſet: vt ſupra eo.l.nunquam.

o *Arbitretur.* quia credit ſe filiumfamiliâs.

p *Nec poßidere.* ipſe per ſe: ſed pater per eum: vt ſupra titu.j.l. poſſeſſio.§.j.

q *Idem dicendum.* vt vſucapiat.

r *Emptam.* per patrem à non domino: non tamen traditam ei: ſed filius fortè iuſta opinione ductus dum inuenit eam in hereditate, putauit defuncto traditam: & ſic per hereditatem ad ſe perueniſſe, vſucapiet quidem tit. pro emptore: quia ſcit defunctum emiſſe, & putat ei traditam non leui præſumptione fuiſſe.

ſ *Non leui.* idem ſi leui, ſecundùm Hu.

t *Non mutat vſucapio.* ſtrictè pro triennio accipe. ſecus in præſcriptione: vt. C. ſi aduer. cred.l.j.&.ij.

ff. Nouum.

u *Non poteſt.* per vſucapionem proprietatis: vt.ſ. de vſufruc.l.locum.§.proprietarius. ipſe autem vſusfruct. per ſe etiam non poteſt vſucapi, cùm incorporalis ſit: vt.ſ. de ſerui.l.ſeruitutes.

x *Poteſt.* longo tempore. vſucapitur autem tanto tempore cuius non extet memoria.

Eum qui poſteaquam vſucapere cœpit, in furorem incidit: vtilitate ſuadente relictum * eſt, ne languor animi damnum etiam in bonis adferat, [z] ex omni cauſa implere vſucapionem. [a]

* Sic Flo. ſed rectius in manuſcr. & vulg. receptum.

Quod à tempore captiuitatis ex cauſa peculiari emitur, præſcribitur: ſecus ſi ex cauſa dominica, ſed tunc patre defuncto ibi filius per fictionẽ p ſeipſum præſcribit. Bar.

Si cùm apud hoſtes domin⁹ aut pater agat, ſeruus aut filius emat, an & † tenere [b] incipiat? Si quidẽ ex cauſa peculij poſſedit, vſucapionẽ inchoari: [c] nec impedimẽto [d] domini captiuitatẽ eſſe, cuius [e] ſcientia nõ eſſet in ciuitate [f] neceſſaria. Si verò nõ ex cauſa peculij cõparetur: vſu non capi, nec iure poſtliminij quæſitum intellegi: [g] cũ prius eſſet, [h] vt quod vſucaptũ diceretur, poſſeſſum foret. [i] Sin autẽ pater ibi deceſſerit: quia tempora captiuitatis ex die quo capitur, morti iungerentur: poteſt filium dici & poſſediſſe [k] ſibi, & vſucepiſſe intelligi.

† ei tenere.

Loca publica, quæ iure gentiũ occupanti conceduntur, longo tempore poſt occupationem non præſcribuntur quo minus ceſſante occupatione redeant in priſtinam cauſam, & iterum concedantur occupanti. Bart.

XLV. IDEM *libro decimo Reſponſorum.*

PRæſcriptio longæ poſſeſſionis ad obtinenda loca iuris gentium publica [l] concedi [m] nõ ſolet. quod [n] ita procedit, ſi quis ædificio funditus diruto, [o] quod in littore poſuerat [p] aut [q]

y *Coniungitur.* vt &.ſ. de pign.l.j.§. cùm prædiũ. & dic vt ibi. &. C. de pig.l.vſucapio. & facit.j. pro herede. l. ij. in princ. & arg. contra. ſ. de vſufruct.leg.l.ij.

z *Adferat.* hoc enim non debet eſſe: vt.j. de parricidiis.l.pen.in fi.

a *Vſucapionem.* vt & ſupra eod.l. nunquam.§. ſi ſeruus.&.ſ. titu.j.l.ſi is qui animo.

b *Tenere.* patri vel domino.

c *Inchoari.* i. inchoatam videri, ſeu fingi. nam nõ audeo dicere quòd in veritate inchoetur: quis enim vſucaperet, ſecundùm Hu? ego audeo vt dominum etiã captum per ſeruum vſucapere dicam, quod per ſe non poſſet, vt ſtatim innuit ibi, cum prius eſſet, &c.

d *Nec impedimẽto.* dummodo redierit. nam antequam redeat dominus, dicam vſucapionẽ iſtam eſſe in pendenti: vt ſupra eo.l.ſi is qui.§. quòd ſi ſeruus. & facit. ſ. ex qui. cau. ma. l. ait prætor.§.hi planè.

e *Cuius.* ſ. domini.

f *In ciuitate.* id eſt ſi eſſet in ciuitate, vſucaperet ignorans. Accur.

g *Intelligi.* vt.d.l. ait prętor.§.is qui.&.ſ. ex qui. cau. maio.l.denique.

h *Cùm prius eſſet.* id eſt prius eſſet hîc inquirẽdum. ſequitur ergo vt dominus captus res peculiares per ſeruum etiam ignorans poſſideat: nec ſit opus noua poſſeſſione: vt modò notaui.

i *Foret.* cùm ergo iſte ſeruus non poſſideat; nec vſucapit. Acc.

k *Poſſediſſe.* ſecus in ſeruo: vt.ſ. proxi.§.fin. & hoc ſiue peculiari ſiue dominico emit: vt ple. not.ſ. eod.l.ſi is qui. in fin. diſt. & facit. C. de ſuis & leg. apud hoſtes. Accurſius.

P*Ræſcriptio.*] CASVS. Si Titius faciat domum in littore maris, & poſſedit eam longo tempore: tandem poſtea deſtructa eſt: ſi alius velit ibi ædificare, bene poteſt: nec Titius poterit impedire dicens quòd præſcripſit: quia non eſt verum. Idem ſi Titius piſcatus fuit longo tempore in quodam loco fluminis. nam non poterit præſcribere, nec prohibere alium quo minus poſſit piſcari. [POST MORTEM.] Mortuo domino ſeruus eius emit rem à non domino ex cauſa non peculiari. dicitur quòd vſucapio incipiet tempore quo adibitur hereditas. Franc.

l *Publica.* id eſt communis: vt in exemplo patet. ſic & inſtit. de re. diui.§.ij. idem tamen in publicis: vt.ſ. eo.l.vſucapio.

m *Concedi.* quia non poſſunt præſcribi.

n *Quod.* id eſt quæ quæſtio, vel huius rei exemplum: non autem dicas, quæ præſcriptio.

o *Diruto.* vt in priſtinam ſpeciem redierit: vt & ſupra de re.di.l. in tantum. & ſupra titut.ij.l.quod in littore.

p *Poſuerat.* ædificando.

q *Aut.* pro &.

a *Occupantis.* de nouo.
b *Datam exceptionem.* à iure ſcilicet. x. vel.xx. anno. & dic exceptionem, id eſt præſcriptionem agendo in rem ſi non poſſidet: vel exceptionem, ſi poſſidet. aliàs opponat prior poſſeſſor qui nunc dereliquerat: nam non poteſt: vt hîc & ſtatim ſubiicit. Sed contra ad ſequentẽ caſum de diuerticulo infra de diuer. præſcript. l.ſi quiſquam. Solu. hîc non erat in poſſeſ. ibi ſic. vel hîc ſola præſcrip. ibi præſcript. & reſcriptum principis: arg.C. de fundis patrimo.l.final.vel ſolue vt ibi. A
c *Opponat.* quaſi dicat non poteſt.
d *Quòd.* id eſt quia.
e *Hereditarius.* i.hereditate iacente.Accur.
f *Hereditatis.* aditæ & apprehẽſæ poſ. rei quæ vſucapitur: vt.ſ.titu.j.l.Pomponius.§. quæſitum. & infra de act. & oblig.l.qui à ſeruo.Sed contra ſupra eo.l.iuſto.§.nondum.ſed ibi antè cœperat poſſidere: vt ibi not.Item contra infra de capt.l.pen. ſed in peculiaribus ibi dicit: hîc de nouo ſibi peculium conſtituebat: cùm aliàs non haberet aliquid in peculio: vnde idẽ quod in dominicis cenſetur, nam & dominicæ ſunt. & facit.C.de temp.in integ.reſtitu.l. ea quæ.in fin.

* Sic Flor. ſed videtur ſic legẽdum de reliquerat, ædificio alterius poſtea eodem loco extructo occupanti.

dereliquerat * ædificium: alterius poſtea eodem loco extructo occupantis [a] datam exceptionem [b] opponat: [c] vel ſi quis quòd [d] in fluminis publici diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit, alterum eodem iure prohibeat.

In adquiſitis per ſeruum hereditarium hereditate iacente, non ex cauſa peculij à defuncto conceſſi, ſed volendo peculium ſibi conſtituere, de nouo non incipit vſucapio niſi poſt aditam hereditatem.Paulus.

Poſt mortem domini ſeruus hereditarius [e] peculij nomine rem cœpit tenere. Vſucapionis primordium erit tempus hereditatis [f] aditæ. Quemadmodũ etenim vſucapietur, quod antè defunctus non poſſederat?

## PRO SOLVTO.†
## TITVLVS IIII.

† Hic nouus titulus in Pã. Flo. non eſt. ſed leges quæ ſub hoc titulo continentur, titulo precedẽti debent adſcribi, ſeruata interim numerorum qui ſingulis legib. præponuntur, continuata ſerie Ant.Aug. li. 3.cap.1.

Cùm datur res in ſolutum ex cauſa quæ non cadit in titulum ſpecialem, vſucapitur titulo pro ſoluto.Paulus.

I. HERMOGENIANVS *libro quinto iuris Epitomarum.*

PRo ſoluto [g] vſucapit, qui rem debiti cauſa recipit. Et non tantum quod debetur, [h] ſed & quodlibet pro debito ſolutum, [i] hoc titulo vſucapi poteſt. C

Procurator adquirit domino ignoranti poſſeſſionem, non vſucapiendi conditionem.Paulus.

II. PAVLVS *libro tertio. ad Neratium.*

SI emptam rem mihi [k] procurator ignoráte me meo nomine adprehenderit, quamuis poſsideã eam, nõ vſucapiã: [l] quia vt ignorãtes vſuceperimus, in peculiaribus tantùm rebus receptum eſt. [m]

Titulo pro ſoluto etiam putatiuo procedit vſucapio, non ſic titu. pro emptore. Item in primo ſufficit bona fides tempore traditionis. ſecundo etiam requiritur tempore emptionis. Pau.de Caſt. B

III. IDEM *libro ſecundo Manualium.*

SI exiſtimans [n] debere [o] tibi tradam: ita demũ vſucapio [p] ſequitur, ſi & tu putes [q] debitum eſſe. Aliud ſi putem [r] me ex cauſa venditi teneri, & ideo tradam. hîc enim niſi actio [ſ] † præcedat, [t] pro emptore vſucapio locum non habet. Diuerſitatis cauſa [u] in illo eſt, quòd in cæteris cauſis [x] ſolutionis [y] tempus inſpicitur.neq; intereſt, cum ſtipulor, ſciam alienũ eſſe, néc ne. ſufficit enim me putare meum * eſſe cùm ſoluis. in emptione autem & contractus tẽpus inſpicitur, [z] & quo † ſoluitur: [a] nec poteſt pro emptore vſucapere qui non emit, nec pro ſoluto, [b] ſicut in cæteris contractibus.

*PRO SOLVTO. Hic tit. eſt generalis: ſed ſuperior generalior eſt.M.*

PRo ſoluto.] CASVS. promiſiſti mihi rẽ nõ tuam, vel vẽdidiſti, vel ex aliquo alio titu.mihi debes: & ſoluas eam: vſucapio eam titu.pro ſoluto. idem eſt ſi debes mihi pecuniam, & tradidiſti mihi rem non tuam loco pecuniæ, & eam ſponte accepi: dicitur quòd iſtam rem vſucapiam titulo pro ſoluto.Franciſcus.
g *Pro ſoluto.* Si quid ex ſtipulatu debetur, vel aliquo contractu innominato: illud ſolutum vſucapitur tantum titu. pro ſoluto. quod ſi debetur ex aliquo titu. qui inter titulos vſucapionis numeretur, vt ex cauſa legati vel ſimili, vſucapitur eo. titu. & titu. pro ſoluto, & ſic etiam ex diuerſis cauſis: quod eſſe poteſt: vt ſupra titu.ij.l.iij.§.ex pluribus.& hoc ſiue vere ſit titu.ſiue credatur: niſi in emptione, vbi vera debet eſſe: vt infra.l.iij.vel iuſtiſſima cauſa erroris: vt infra titu.j.l.quod vulgo.
h *Debetur.* prædictis modis ſuperiori gloſ.notatis.
i *Solutum.* volenti creditori: non aliàs: vt ſupra ſi cer.pe.l.ij.§.ij.vbicunque ergo ſi id quod ſoluitur, fieret ſtatim accipientis, ſi eſſet dantis: ibidem ſi non eſt dantis, vſucapitur hoc titulo.& facit ſupra de lega.j.l.cùm incertus.Accurſius.

SI emptam.] CASVS. Licet per procuratorem poſ.mihi quæratur etiam ignoranti: non tamen vſucapiá ignorans rem quam emit procurator à non domino. ignorás autẽ dominus vſucapit in caſu.ſcilicet in rebus peculiaribus per ſeruum emptis.Franc.
k *Mihi.* adquiſitiuè.
l *Non vſucapiam.* niſi ſciam: vt.C.de adquiren.poſſeſ.l.j.& ſupra titu.ij.l.poſſeſſor.§.fin.Accurſius.
m *Receptum eſt.* vt.ſ.titu.j.l.Labeo.&.j.tit.j.l. qui fundum.§.vlt. &.l.ij.§. Celſus. niſi ab alio poſsideatur ſeruus qui quærit nobis peculiariter: vt.ſ.titu.iij.l. homo liber.in fine. & eſt ratio diuerſitatis: quia in vſucap. rei quæſitæ per procuratorem bona fides debet eſſe: at ignorans, bonã fidem vel malam non habet.ſed in peculiaribus cauſis publicæ vtilitatis eſt ſecus: vt ſupra titu. ij. l.peregrẽ.§. quæſitũ. Item dic idem ſiue filij ſiue ſerui peculium ſit: vt ſupra titu.ij. l.j.§. item adquirimus. & largè accipe peculium, vt ibi notaui. Accurſius.

SI exiſtimans.] CASVS. Si credam me ex ſtipulatu vel ex alio ſimili cõtractu debere tibi rẽ quæ nõ eſt mea, & tradã, ita demũ vſucapis, ſi & tu putes tibi deberi.ſecus autẽ ſi ex cauſa vẽditionis putem me tibi teneri tradere rem: & tradã. nam nõ vſucapies, niſi verè vendiderim: nõ autem ſufficit ſi credã me vendidiſſe, & non vẽdiderim. Et quare ſit ſecus in venditione quàm in aliis contractibus, eſt quia in aliis contractibus ſufficit eum cui traditur res, habere bonã fidem tẽpore quo traditur, ſed in venditione debet habere duobus temporibus bonam fidem. ſcilicet tempore contractus, & tempore quo traditur. quod autem in fine.l.dicitur: expone vt in gloſ.Franc.
n *Si exiſtimãs.* Aſſignat differentiam inter venditionẽ & cæteros contractus: vt in cæteris contractibus ſufficiat putare deberi ex contractu qui nõ interceſſerit, quem tamen credit interceſſiſſe. Sed in venditione non ſufficit putare deberi ex venditione, niſi & venditio præceſſerit.& hoc probat: quia cum debeat interuenire bona fides duobus temporibus.ſ. tẽpore cõtractus vẽditionis, & traditionis: hęc nõ poſſunt interuenire niſi cõtractus eſſet: in aliis non ſic.Accur.

† Sic Flo.& manuſcrip. ſed in Vaticano legitur emptio, vt & paulo poſt, pro cæteris legitur certis ſunt qui emendent, auctio.i.venditio. ego nihil muto. actio enim eſt ipſe act⁹ emptionis & tractatus.
* tuum.
† quod.

o *Debere.* ex aliquo contractu præter venditionem, puta fundum ex cauſa ſtipul. vel dona.
p *Vſucapio.* pro ſoluto.
q *Putes.* aliàs non: vt. j. titu.j.l. qui fundum.§. ſeruus meus.& j.pro ſuo.l. hominem. ſed hoc quod hic dicitur, videtur falſum: quia error falſæ cauſæ vſucapionem non parit: vt inſtit. de vſuca.§.error.Reſpon.hoc accidere iuſto errore interueniente. At illud idem eſt in emptione: vt infra pro empt.l.quod vulgo.quod infra ſtatim negat.ſed dic quòd ibi iuſtiſſimus, vt in alieno facto. Sed aliàs qualiſqualis ſufficit error: vt hic, & ſupra titu.j.l. non ſolum.§.j.ibi, hoc amplius, &c. & dixi in.l.Celſus. & hoc patet: quia leges in aliis contractibus dicunt, putans vel exiſtimans, & cauſam non inſerunt: ſed quæ de venditione dicunt, frequenter cauſam erroris notant: vt infra tit.j.l.ij.in prin.&.l.quod vulgo. & pro ſuo.l.hominem.Accurſius. D
r *Putem.* tempore traditionis.
ſ *Niſi actio.* aliàs emptio, & aliàs auctio.id eſt emptio: quia vtrũque auget, vnum re, alterum pretio.
t *Præcedat.* & tunc habeat bonam fidem.Accurſius.
u *Cauſa.* inter emptionem & alios contractus.
x *In cæteris cauſis.* id eſt contractibus: & inde actio vel obligatio procedit.Accurſius.
y *Solutionis.* id eſt traditionis.
z *Inſpicitur.* vt.ſ.tit.j.l.ſi is.§.fin.&.j.tit.j.l.ij.in princ. Actur.
a *Soluitur.* & ſic duo tempora: vt.ſ.tit.j.l.ij.in princ.& ſic intellige.ſ.de Publ.l.ſed & ſi.§.fin.&.l.de pretio.&.ſ.titu.j.l.ſi aliena. in princ. In extraneis heredibus tria: vt ſit heres capax: vt argu. contra.ſ.de hered.inſtit.l.ſi alienum.§.in extraneis.
b *Nec pro ſoluto.* ſcilicet poſſumus vſucapere, quã non emimus, licèt emiſſe credamus. Quòd autẽ ſubiicit, ſicut in cæteris, &c. eſt
• ſimilitudo

ſimilitudo per contrarium:vt & aliàs.j̃.de accu.l.hos accuſare.§. omnibus.q.d.poſſumus in cæteris. Vel dic rectã fieri ſimilitudinẽ ad id quod de ſtipulatione dixit:& ſic non ad proximum dictum refertur,ſed ad illud,ſufficit &c.& ibi cõiunges iſtud ſicut. Item quæritur quare ſecus in venditione quàm aliàs? Reſp.vt.j̃.titu.j. l.ij.in prin.dices.

Res pignorata, creditori ſubrepta per debitorẽ, efficitur furtiua & inuſucapibilis reſpectu creditoris ſeu iuris ſui: vitium tamen purgatur ſi res in poteſtatem creditoris reuertatur.Pau.

IIII. LABEO *libro quinto Pithanon à Paulo Epitomatorum.*

SI quid eſt ſubreptum:id vſucapi non poteſt [a] antequã in domini poteſtatẽ peruenerit.Paulus Imò forſitan & cõtra. [b] Nam ſi id quod mihi pignori dederis,ſubripueris,erit ea res furtiua facta:ſed ſimulatque in meam [c] poteſtatem venerit,vſucapi poterit.

## PRO EMPTORE. TITVLVS V.

S*I quid eſt*.] CASVS. Rei furtiuæ non fit vſucapio, niſi peruenerit in poteſtatem domini.hoc fallit in caſu. nã ſi obligaſti mihi rem alienam,& eandem mihi ſubripias: talis res non poteſt vſucapi,niſi perueniat in poteſtatẽ mei creditoris.Fran.

a *Non poteſt*.vt.s̃.tit.j.l.ſequitur.§.quod autẽ.

b *Et contra*. ſcilicet in caſu qui ſequitur.

c *In meam*. ſ. creditoris:vt & C. pro empt. l. cùm ſit probatum. ſed contra.j̃.titu.j.l.ſi rem.&.s̃.tit.j.l.ſequitur. §.ſi rem.ſed hîc aliena, non debitoris erat:in cõtrariis erat debitoris: & plenè dic vt in. d. §. ſi rem.

PRO EMPTORE.

*Sequuntur tituli,id eſt cauſæ poſſeßionum, quas propoſuerat generaliter tit.2.l.3.§.vlt.nunc ſingulas exequitur.Pro emptore.i.quaſi emptor poßidet qui ex cauſa emptionis vel ex negotio emptioni ꝓximo rem nactus eſt.Cuia.*

P*oſſeſſor.*] CASVS. Fũdum quem poſſidebas,petebã à te.cũ eſſes condẽnatus ad fundũ reſtituendũ: voluiſti libentius ſoluere æſtimationẽ rei,& ego ſpõtè accepi. dicitur quòd rem iſtam amodo poſſides titulo pro emptore.Fran.

d *Obtulit*.non ex cauſa trãſactionis. nã tunc nõ haberet cauſam ab eo,& ſic nõ vſucaperet pro emptore vel pro trãſacto: vt C.de trãſac.l.ſi pro fundo.ſed quare nõ fuit res ablata manu militari:[a] vt.s̃.de rei vin.l.qui reſtituere?Rñ.quia actor fuit cõtentus rei æſtimatione:vt in eo.ti.ꝙ ſi poſſeſſor. vel dic quod reus nõ poſſidebat,ſed poſſeſſor dicitur,quia cũ culpa,non dolo deſiiſſet poſſidere,poteſt à poſſeſſore auocare:vt.s̃.de rei vindi.l.ſi culpa.

Adde per modũ incidẽtis quid ĩportet hæc clauſula, manu militari: nota in.l.1.§. ſi neceſſaria. s̃.ſi ven. no. mulier. vbi exponitur id eſt per miniſtros iudicis.

e *Poßidere*.rem quæ non erat petitoris:aliàs ſtatim fieret eius, ſi res eſſet præſens:vt.s̃.de rei vind.l.eius rei.&.l.ſi res.& facit.s̃. de Publ.l.ſed & ſi.§.ſi lis.&.j̃.l.iij.&.s̃.de euic.l.ſi ſeruus.§.j. Accur.

P*Ro emptore*.] CASVS. Ad hoc vt quis vſucapiat rem titulo pro emptore, debet in veritate emiſſe: nec ſufficit ſi credat ſe emiſſe cum non emerit. Secundo dicit: ſi credo me tibi teneri ad rem tradendam tibi bona fide accipienti: vſucapies hanc rem titulo pro ſoluto. ſecus ſi tradam tibi ex cauſa vendi. quam credis interueniſſe cùm non interuenerit. nam vſucapies titulo pro emptore. & eſt ratio diuerſitatis,quia in cæteris contractibus excepta venditione ſufficit tempore tradi.haberi bonam fidem.vnde licet tempore ſtipulat.ſtipulator habeat malam fidem: ſi tempore tradi. habeat bonam fidem, ſatis ſit vt ſic poſſit eam vſucapere. at in emptione duobus temporibus debet emptor habere bonam fidem, ſcilicet tempore contractus:item tẽpore traditio. ſic ergo emptio debet interuenire, vt ſic poſſit vſucapere. ſed in noſtro caſu non interuenit contract. emptionis. [SEPARATA.] Aliquando poſſideo, & non vſucapio: vt ſi emi à non domino ſciens rem eſſe alienam: & eſt mihi tradita.nam poſſideo, non tamen vſucapio. [SI SVB CONDITIONE.] Emi rem alienam à non domino ſub conditione. dicitur ꝙ interim, id eſt antequam conditio extet,nõ vſucapio.Secũdò dicit: Pone quòd credo condit. extitiſſe,quæ nõdum extitit. nunquid vſucapiam. interim?Et dicitur ꝙ non.ſic & ſi putem me emiſſe rem quã nondum emeram,non vſucapio. Tertiò pone ꝙ conditio extitit me ignorante.nunquid vſucapio? dicitur ſecundum Sabinum ꝙ ſic, inſpecta potius veritate quàm opinione. [SABINVS.] Emi rem à non domino pro.x.hoc pacto appoſito,vt ſi nõ ſoluã prædicta.x.in carniſpriuio,ſit res inẽpta:& eſt mihi tradita res,quæritur,quãdo incipiam vſucapere?& dicit Sabinus quòd tunc demũ incipio vſucapere,quando pretiũ ſolui.poſtea loquitur auctor.l. dicens ꝙ dictum Sabini debemus intelligere quando in modum cõdit.prædictum pactũ ſit appoſitum. ſecus autem ſi in modum conuentionis ſiue pactionis fuerit appoſitum.[SI IN DIEM.] Emi rẽ à non domino hoc pacto appoſito,ꝙ ſi alius offerret plus intra carniſpriuium,ſit res inempta.dicitur ꝙ emptio dicitur pu-

ra,ſed reſoluitur ſub condit.& ideò interim vſucapio. licèt quidam dicerent contra,ſed malè. Vltimò ponit ſimilẽ caſum:ſi emi rẽ à non domino hoc pacto appoſito,vt ſi mihi diſplicuerit intra carniſpriuiũ,ſit inempta.nã & hoc caſu vſucapio interim.[CVM STICHVM.] Emi Stichum à non domino:& traditus eſt mihi Dama quem non emeram.dicitur ꝙ non vſucapio Damam, cum eũ non emerim. [SED ET SI FVNDVS.] Vendidiſti fundum intra certos terminos, tãdẽ tradidiſti mihi etiam vltra terminos. dicitur quòd totum vſucapio. [EIVS.] Emi bona Titij,apud quẽ Titium erant depoſita mãcipia Sempronij.tradita ſunt mihi bona Titij:& etiã illa mancipia quę erant apud Titium depoſita. dicitur ꝙ illa mancipia non vſucapiam titulo ꝓ emptore.[TVTOR.] Duo erant tutores pupilli. vnus tutorũ emit rem à pupillo quæ non erat pupilli,altero cõtutore prę̃ſtãte auct. nũquid hic emptor vſucapiet?dicitur ꝙ ſic.nã aut emit plus quàm alius emiſſet: & tũc taceat pupillus,cũ non ſit læſus.aut minus dedit q̃ alius dediſſet: & tunc aget pupillus cõtra tutorem auctorantem,& etiam cõtra tutorem ementem act.tutelæ:perinde ac ſi tutor vendidiſſet rem cuidam extraneo. [PROCVRATOREM.] Si procurator emit rem auctore procuratore vendente nomine domini: dicitur ꝙ vſucapiet.idem eſt & ſi geſtor negotiorum emit rem à procuratore domini. [SI SERVVS.] Si ſeruus emit rem bona fide à non domino ex peculio, dicitur ꝙ inſpicitur ſcientia ſerui,nõ domini.Secũdò dicit ꝙ quando ſeruus emit rem bona fide à non domino ex peculio:vſucapio procedit etiã domino ſerui ignorante.ſecus ſi non ex peculio emit. Vltimò dicit, ꝙ ſi ſeruus accepit poſſ.alicuius rei per vim: non vſucapiet. [POMPONIVS.] Si ſeruus poſſidet rem nomine domini: inſpicitur ſcientia domini,non ſerui.ſecus ſi ex cauſa peculij poſſidet. nam tunc inſpicitur ſcientia ſerui vel ignorantia,non domini, etiam ſi dominus poſtea auferat iſtam rem & totũ peculiũ ſeruo.[SI SERVVS.] Seruus emit rem à non domino ex cauſa peculij, & bona fide.tandem dominus ſerui cœpit habere malam fidẽ. dicitur ꝙ vſuca.procedit.ſecus. ſi à principio cum ſeruus cœpit poſsidere, dominus ſerui habuerit malam fidẽ.nã vſuca. non procedit.Vltimò dicit:ſeruus emit rem à nõ domino,& mala fide:tãdem iſtã rem dedit ſeruus domino ſuo ad hoc vt manumitteretur: & manumiſſus eſt.dicitur ꝙ dominus ſerui iſtã rem non vſucapit. [SI A PVPILLO.] Habebam rem alienam precario à patre pupilli. tandem eandem rem mortuo patre emi à pupillo quem credebã eſſe puberem,cũ non eſſet. dicitur ꝙ vſucapio inſpecta veritate, ſcilicet quòd hæc res erat aliena,non inſpecta opinione, ſcilicet credendo eum eſſe pupillũ.Credebã autem licere de iure pupillum poſſe vendere ſine tutoris auctoritate. dicitur ꝙ hoc caſu non vſacapio:quia iuris error nulli prodeſt.[SI A FVRIOSO.] Rem quam poſſidebam,quæ tamen non erat mea, emi à furioſo bo.fi.credens eum ſanæ mẽtis.dicitur ꝙ vſucapio. [SI EAM.] Rem alienam vſucapiebas bo.fi.pro emptore. eam rem interim vendidiſti mihi ſcienti non tuam. dicitur quòd non vſucapiam. [ETIAM HEREDI.] Teſtator vſucapiebat rem aliquam. heres eius adita hereditate, & ante apprehenſam poſſeſ.huius rei deceſſit relicto herede. dicitur ꝙ heredi poſſeſſio primi defuncti ad complendam vſucap.proderit. [SI DEFVNCTVS.] Defunctus cœpit vſucapere rem aliquã bona fide titulo pro emptore.licet heres eiùs ſciat hanc rem alienam:non impeditur proceſſus vſucapionis.& quod dixi in herede,idem in bon poſſ.ordinario, vel extraordinario. idem in eo cui reſtituta eſt hereditas defuncti ex cauſa fideicõmiſſi,& in ſimilibus: vt eorum mala fides non impediat vſuc.rectè à defuncto inchoatam. [EMPTORI.] Vſucapiebas rem alienam,& eã mihi vẽdis & tradis.tempus quo tenuiſti eam,mihi ꝓderit in complenda vſucap. [SI REM ALIENAM.] Rem à nõ domino bona fi.emi,& eã vſucapio. ſi verus dominus eã à me vindicet,nõ interrũpitur per hoc vſucapio. & de hoc dic vt in gloſſ. ſed pone ꝙ rei æſtimationem ſoluo vero domino.cauſa poſſeſſionis mutatur. i. vſucapio ceſſat, cum

Soluens æſtimationem litis vſucapit tit.pro emptore. Pau.

I. GAIVS *libro ſexto ad Edictum Prouinciale.*

POſſeſſor qui litis æſtimationẽ obtulit, [d] pro emptore incipit poſſidere. [e]

In emptione requiritur bona fides duobus temporibus, ideo iuſtus error cauſam vſucapiendi nõ præſtat.Bar.

B II. PAVLVS *libro quinquageſimoquarto ad Edictum.*

PRo emptore poſſidet, qui re vera emit: nec ſufficit tantum in ea opinione eſſe eum, vt putet ſe pro emptore poſſidere, ſed

debet etiam ſubeſſe cauſa emptionis.[a] Si tamē exiſtimās me debere,[b] tibi ignorāti[c] tradam: vſucapies.[d] Quare ergo & ſi putem me vēdidiſſe, & tradam: nō capies vſu?[e] ſcilicet quia in cæteris cōtractibus ſufficit traditionis tēpus.[f] Sic deniq;, ſi ſciens ſtipuler rem alienam,[g] vſucapiā: ſi cùm traditur mihi, exiſtimē illius eſſe. At in emptione & illud tempus inſpicitur,[h] quo contrahitur.[i] Igitur & bona fide emiſſe debet, & poſſeſſionem bona fide adeptus[k] eſſe.

Licèt quis habeat titu. & poſſeſſionem, non tamen propterea ſequitur, ergo vſucapit: quia etiam requiritur bona fides. Pau. de Ca.

Separata[l] eſt cauſa poſſeſſionis, & vſucapionis.[m] nam verè dicitur quis emiſſe, ſed mala fide: quemadmodum[n] qui ſciens alienam rem emit, pro emptore[o] poſſidet, licèt vſu non capiat.[p]

Pendente cōditione emptionis nō procedit vſucap. etiam ſi extitiſſe putetur. ſec⁹ ſi extitiſſet: licèt extitiſſe ignoretur. Bar.

Si ſub conditione emptio facta ſit, pendente conditione emptor non vſucapit.[q] Idémque eſt & ſi putet conditionem extitiſſe, quæ nondum extitit. Similis eſt enim ei qui putat ſe emiſſe.[r] Contrà ſi extitit, & ignoret: poteſt dici ſecūdùm Sabinum, qui potius ſubſtantiam[ſ] intuetur, * quàm opinionem, vſucapere[t] eum.[u] eſt tamen nōnulla diuerſitas, quòd ibi cum rem putat alienam, quæ ſit venditoris,[x] affectionem emptoris[y] habeat. at cùm nondum putat conditionem extitiſſe:[z] quaſi nōdum putat[a] ſibi emiſſe. Quod apertius[b] quæri poteſt, ſi cum defunctus emiſſet, heredi eius tradatur, qui neſciat defunctum emiſſe, ſed ex alia cauſa ſibi tradi, an vſucapio ceſſet.

B Pactū legis cōmiſſoriȩ, vel addictionis in diē, nō reddit venditionē cōditionalē, ſed facit eam ſub conditione reſolui: ideò interim poteſt res vſucapi tit. pro empt. cū adſit verus titulus. Pau. de Caſt.

Sabinus, ſi ſic empta ſit, vt niſi pecunia intra diem certum ſoluta eſſet, inempta res fieret:[c] non vſucapturum[d] niſi perſoluta pecunia. Sed videamus vtrum conditio ſit[e] hoc, an conuentio. Si conuentio[f] eſt, magis reſoluetur, quàm implebitur.[g]

Ex vēditione pura reſoluēda ſub cōditione interim procedit præſcriptio tit. pro emptore. Bar.

C Si in diem addictio[h] facta ſit: id eſt, niſi ſi quis meliorem cōditionem attulerit:[i] perfectā[k] eſſe emptionem, & fructus emptoris effici,[l] & vſucapionem procedere Iulianus putabat. Alij & hāc[m] ſub conditione eſſe contractam. Ille[n] non cōtrahi,[o] ſed reſolui[p] dicebat. quæ ſententia vera eſt.[q]

efficiar dominus. Idem ſi verus dominus eam mihi donet. Fran.

a *Cauſa emptionis*. vel iuſtiſſimus error: vt. j. eo. quòd vulgo. aliàs ſufficit qualiſqualis.

b *Debere*. ex alia cauſa quàm venditionis. & ſic mutat caſum.

c *Ignoranti*. & iuſtè tempore traditionis.

d *Vſucapies*. pro ſoluto: vt. ſ. tit. j. l. iij.

e *Vſu*. ſupple, & hoc. ſ. quia &c. & habes idem ſ. titu. j. l. iij. & plenè dic vt ibi.

f *Tempus*. ſ. accipiētem habere bonā fidem, de quo ſtatim dat exēplū ſic &c.

g *Alienam*. & ſic tempore contractus habeo malam fidem.

h *Inſpicitur*. vt habeam bonam fidem.

i *Contrahitur*. ſed cur in emptione vtrumque tempus inſpicitur, in aliis traditio tātum? Rñ. vt. ſ. titu. ij. l. ſi is. §. fina. quæ ratio non valet: vt ibi dixi. quare dic vt ibidem: quia frequētius fit hic contractus: argu. infra de pœnis. l. aut facta. §. fin. nam & excep. non nume. pecu. tēpus datur, quod non datur confitēti ex alia cauſa, quia frequētius fit in ea cauſa mutui confeſſio. vel dic ſubtilius vt not. ſ. de vſucapio. l. Celſus. ADDITIO. Dic ſecūdum Barto. ꝙ in. l. Celſus. nil dicitur de ratione: ſed facit ad dictum. Itē hîc accipe emptionem ſtrictè: ſecus in datione in ſolutum, quæ ſimilis eſt emptioni, vt litis æſtimatio: argu. ſ. tit. j. l. iij.

k *Adeptus*. aliàs niſi emiſſet, nec bonam nec malam fidem poſſet habuiſſe.

l *Separata*. non ſequitur: poſſides, ergo vſucapis.

m *Et vſucapionis*. quandoque enim aliquis poſſidet, & non vſucapit: quia mala fide, vt ſubiicit. vnde ſaltem in princi. bona fides exigitur: vt C. de vſucap. transfor. l. j. §. hoc proculdubio. quādoque contra: vt. ſ. tit. ij. l. rerū mixtura. §. Labeo. & l. iuſto. §. eum. licet regulariter contra: vt. ſ. titu. ij. l. ſine. Item eſt ſic: quia ſicut proprietas & poſ. ſunt ſeparatæ: vt. ſ. de adquiren poſ. l. naturaliter. §. j. ita & vſusfru. & poſ. vt eo. titu. l. permiſceri.

n *Quemadmodum*. exemplificatiuè ponitur.

o *Pro emptore poßidet*. ſine effectu, vt ſubiicit: ſicut teſtamentum falſum eſt teſtamentum, licèt ſine effectu: vt. ſ. quemadmodum teſta. ape. l. ij. §. teſtamentum. & j. de ver. ſign. l. Paulus reſpon.

p *Licèt vſu non capiat*. pro emptore: licet pro ſuo interdum vſucapiat: ſi dum traderet rem venditor, eam emptoris facere voluerit: quod, niſi cōtrariū liqueat, omnino creditur: vt ſ. de iure do. l. dotis fructus. in fi. & l. ſed niſi. & j. ꝓ dote. l. j. & titu. ꝓ ſuo. l. j. R.

q *Non vſucapit*. licèt tradita ſit ei res: vt &. ſ. de pericu. & commo. rei ven.[a] ꝙ ſi pēdēte. §. j. & de in di. addic. in prin. R. dicit pro ſuo interim vſucapi. quod non placet: vt. j. pro dote. ſi æſtimata. & deficiēte cōditione fit acceſſio prioris emptoris ad venditorem: vt. ſ. de acqui. poſ. l. Pōponius. §. ſi is. niſi malam fidē habuit emptor cū accepit: vt. j. ea. l. §. fi. quo caſu nec prima venditoris cum vltima forte cōiūgitur: cū debeat eſſe cōtinua: vt. ſ. de vſuca. l. iij.

r *Se emiſſe*. quo caſu non eſt iuſtus, nedū iuſtiſſimus error in facto. ſ. ſuo: vt. j. pro ſuo. l. fi. aliàs ſecus: vt. j. e. l. quod vulgo.

ſ *Subſtantiam*. i. veritatem: quod eſt no. ſic. ſ. de adquirē. hered. l. cùm quidam. §. quod dicitur. & j. eo. §. ſi à pupillo. Azo.

t *Vſucapere*. ſupple ſicut inſpicitur veritas vbi emit emptor rem quā credidit alienā, cū ſit vēditoris: vt. ſ. de iur. & fac. igno. l. regu
A la. §. qui ignorauit. & hoc ſubaudito bene ſequitur, eſt tamē &c.

u *Eum*. qui non credit conditionem extitiſſe quæ extitit.

x *Venditoris*. vt in caſu glo.

y *Emptoris*. & ideò trāſit dominium propter domini voluntatē. Sed videtur non tranſire, ſicut non tranſit in accipientē indebitū ſcienter: vt. ſ. de cōdic. fur. l. quoniā. & j. de fur. l. falſus. §. j. & §. ſed & ſi is. quæ ſunt cōtra. Sol. pl⁹ delinquit qui ſciens indebitum accipit, quàm qui à domino quem nō dominū putat, accipit: cū hic ei patrocinante veritate non fallit dantem, nec fallitur: cum ſibi ſciens debitum capere crediderit. at in contrariis ſimul veritate & iuſta præcedente cauſa ex bona fide & dantis voluntate deſtituitur is qui accepit ſciens indebitum.

z *Extitiſſe*. quæ extitit. Accur.

a *Quaſi nondum putat*. ex quo videtur Sabinus malè dixiſſe: quod quidā dicunt, & pro eis eſt quod hîc dicitur, & quod infra proxi. & ſupra de condit. & demō. multum. & ſ. ti. ij. ſi fur. §. j. Tu dicas ſecundùm M. eum bene dixiſſe, quanuis ſit diuerſitas in affectione ementis.

b *Quod apertius*. Sed quare apertius? Reſpō. quia hîc habet affectionem, & rem adquiri putat: licèt nō ex vēditione quæ verè interceſſerat: ar. ſ. quādo credidit nō extitiſſe cōditionem quæ extitit: nec emptoris affectionē, nec aliam habet. ſed huic quæſtioni quādo fuit tradita heredi: non reſpon. hîc, ſed tu dic ſecundum Ioan. ꝙ ceſſat vſucapio: cùm traditionis tempore debeat bonam fidem habere, vt in prin. huius. l. ſed non poteſt habere bonam fidem: quia ex ea cauſa nō putat ſibi tradi. Item ad hoc vt quis vſucapiat, debet eo. ti. credere poſſidere, quo vſucapit: vt infra pro derelicto. l. iiij. nec ob. ſ. de vſuca. l. nunquam. §. fi. quia ibi defuncto fuit tradita: hic heredi. Alij dicunt non ceſſare, arg. ſ. proxi. §. & ſ. de adquirē.
D re. domi. l. cum in corpus.

c *Fieret*. & ita ſub pacto legis commiſſoriæ.

d *Vſucapturum*. ſtatim hoc determinatur. & ſic non eſt contra. ſ. de lege commiſſ. l. j.

e *Conditio ſit*. vt vendo ſi ſolueris tali die.

f *Conuentio*. vt vendo, ſed fiat inempta ſi non ſoluas tali die.

g *Implebitur*. & ſic procedit interim vſucapio: vt in ſequenti caſu. ſi vero conditionalis, tunc non: vt. ſ. eo. §. ſi ſub conditione.

h *Si in diem addictio*. i. venditio ſub pacto addic. in diem.

i *Attulerit*. ſupple, ſtetur venditioni, ſecundum Azo.

k *Perfectam*. nunc reſpondet.

l *Effici*. ſi alius non afferat meliorem conditionem. aliàs reddit: vt. ſ. de in di. addic. l. item quod dictum. ſed in commiſ. dic vt. ſ. de leg. com. l. iiij. §. ſed Iulianus. & ſ. proxi. §.

m *Et hanc*. non ſolùm in ſuperiori caſu de commiſſoria.

n *Ille*. ſcilicet Iulianus.

o *Non contrahi*. ſ. ſub conditione.

p *Reſolui*. ſub conditione.

q *Vera eſt*. vt & ſ. de in di. addic. l. quotiens. & l. vbi.

* Cōmēdādum ſingulare Sabini iudicium, ꝙ aliud ſit q̃ vulgi ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimantis Cice. pro Roſcio Comœdo.

a] l. viij.

*Pura eſt.*

Sed & illa emptio pura eſt, [a] vbi conuenit, vt ſi diſplicuerit intra diem certum, inempta ſit.

Si traditur altera res quàm empta: non vſucapitur hoc titu. niſi accedat rei emptæ. Pau.

Cùm Stichũ emiſſem, Dama [b] per ignorantiam mihi pro eo traditus eſt. Priſcus ait, vſu me eum non capturum: [c] quia id quod emptum non ſit, pro emptore vſucapi non poteſt. [d] Sed ſi fundus emptus ſit, & ampliores fines poſſeſſi ſint, totum lõgo tempore capi: quoniam vniuerſitas eius poſſideatur, non ſingulæ partes. [e] B

Mala fides vẽditoris nocet emptori, ſicut nocet heredi. Pau.

Eius bona emiſti, apud quem mancipia depoſita erant. Trebatius ait, vſu te non capturum: [f] quia empta non ſint. [g]

Emptione facta ſolenniter per tutorẽ à pupillo transfertur in tutorem dominium, ſi eſt dominus: aliàs vſucapiendi conditio. Bar.

Tutor ex pupilli actione [h] rem [i] quam eius putabat eſſe, emit. C Seruius ait poſſe eum vſucapere. in cuius opinionẽ decurſum eſt, eo quòd [k] deterior cauſa pupilli non fit, ſi pluris [l] * habeat emptorem: & ſi minoris emerit, [m] tutelæ iudicio tenebitur, ac ſi alij minoris addixiſſet. [n] idque & à diuo Traiano conſtitutum dicitur.

Procurator emens à comprocuratore, præſcribit. Bar.

Procuratorem quoque [o] qui ex actione [p] quam mandatu domini facit, emerit, [q] plerique putant vtilitatis cauſa pro emptore vſucapturum. [r] Idem poteſt dici & ſi negotia domini gerens [ſ] ignorantis † emerit, [t] propter eandem D vtilitatem. Si ſeruus tuus peculiari [u] nomine emat rem quam ſcit alienam: licet tu ignores alienam eſſe, tamen vſu non capies.

Celſus ſcribit, ſi ſeruus meus peculiari nomine apiſcatur poſſeſſionem: id etiam ignorantem me vſucapere. [x] quòd ſi non peculiari nomine: non, niſi ſciente [y] me. & ſi vitioſè [z] cœperit poſſidere, meam vitioſam eſſe poſſeſſionem. Pomponius quoque [a] in his quæ nomine domini poſſideantur, domini potius quàm ſerui voluntatem ſpectandam ait. Quòd ſi peculiari, tunc mentem ſerui quærendam: & ſi ſeruus mala fide poſſideat, eámque dominus nactus ſit, vt ſuo nomine poſſideat, adempto puta peculio: dicendum eſt, vt eadem cauſa ſit poſſeſſionis, & ideò vſucapio ei non magis procedat.

In rebus peculiaribus ſcientiam ſerui inſpicimus, in dominicis ſcientiam domini. & illa ſcientia inſpicitur, quæ fuit in initio poſſeſſionis: non quæ poſtea ſuperuenit. Bar.

Si ſeruus bona fide emerit peculiari nomine: ego vbi primùm [b] cognoui, [c] ſciam alienam: proceſſuram vſucapionem Celſus ait. initium enim poſſeſſionis ſine vitio fuiſſe. Sed ſi eo ipſo tempore quo emit, quanquam id bona fide faciat, ego alienam rem eſſe ſciam: [d] vſu me non capturum.

Et ſi quod non bona fide ſeruus meus emerit, in pactionem libertatis mihi dederit: non ideo me magis vſucapturum. durare enim primam cauſam poſſeſſionis [e] idem Celſus ait.

Error iuſtiſsimus præſtat cauſam vſucapiendi in titu. pro emptore. ſecus ſi ſit error iniuſtus: vt error iuris. Bar.

---

a *Pura eſt.* vt ſupra de contrahen.emp.l.iij.non ergo ſemper hęc dictio ſi, facit conditionem: vt &.ſ.de tute.l.muto.§. hãc autem. ſed certe hic facit reſolutionem conditionalem, non venditionem. in quo eſt argu.contra.ſ.de adi.leg.l.legatum pure.j. reſpõ. ADDITIO. Dic ſecundùm Bar. quòd ibi loquitur in vltimis volũtatibus, hîc in contractibus: vt no.ſ.de in di.addic.l.ij.in fi.

b *Dama.* propriũ nomen ſerui.

c *Non vſucapturum.* facit ſupra de pign.act.l.ſi quis in pignore. & ſupra de acquir. poſſ. ſi me in vacuam. in princi. & de here inſtitu.l.quotiens. in princip.

d *Non poteſt.* niſi iuſtiſſimus adſit error: vt j.eod.quod vulgo. ſed opp.j.proxi. ſed ibi rei venditæ adhæret. Item opp. de eo qui gregem emit. nam per hoc ſingula capita nõ emit: & tamẽ ſingula vſucapiũtur pro emptore: vt.ſ. de vſuca.l. rerum. in fi. ſed ibi omnia continẽtur in vniuerſitate empta. Item op. de eo qui emit ancillã. nam etiam partum quem nõ emit, vſucapit pro emptore, ſecundùm Ioã. vt.j.eo. qui ob pactionem. ſed ibi eſt acceſſio: vel pro ſuo ibi vſucapit: vt ibi notaui. &.ſ. de Public. l.ſi ego.§. partus. Item contra.j.eod.§. ſi à furioſo. ſed ibi ſaltẽm de facto aliqua fuit.

e *Non ſingulæ eius partes.* imò videntur poſſideri: cùm ſingulæ vſucapiantur: vt.ſ.eo.l.emptor. quæ eſt contra. Itẽ & quia nomine partium datur interdictũ vnde vi: vt.ſ. de acqui. poſ.l.quod meo.§.fi.ad hoc dicas hîc ſubaudiri, tantùm. vel dic non poſſideri principaliter per ſe. ſed cum vniuerſitate prædij: ſed in Dama ſec⁹: qui Sticho accedere non poteſt: vt.ſ. proxi.reſpon. Item hîc totus fundus erat alienus: in.l. contra. pro parte tantum. & hoc etiam modo reſpon.ad.l.j.eo.qui fundum.§.ſi fundum.vel vt ibi. Item contra.C.fi.reg.l.fi.vbi. xxx. an. dicit præſcribi actioni fini. reg.ſed hic rei vin.x.an.pręſcribitur: ibi perſonali fi.reg. xxx. ann. & ita hic & poſt decẽnium agetur fi.reg.ſed pars præſcripta præſcribenti aſſignabitur.

* Flo. propius.

† Sic Flo. ſed melius in meo manuſcrip. ignorans.

f *Non capturum.* prædicta mancipia, ti. ſcilicet pro emptore: ſed pro ſuo ſic, ſecundũ quoſdã. & eſt ſic.j.de verb.ſignifi.l.bonorũ. & C.de euict.l.j.arg.contra.ſ.de peti.here.non tantùm. Acc.

g *Non ſint.* nec emptis rebus accedunt, quod erat ſuperiori caſu. Item contra videtur.j.eo. quod vulgo. ſed ibi erat magis iuſtus error quàm hîc. Præterea hic [a] emptor loco heredis eſt: & heres non vſucaperet. ergo nec iſte.

a] Iſta gl. eſt valde no. cũ ſuo tex ad hoc propoſitum quòd emptor omnium bonorum eſt loco heredis. & ſicut heres nõ vſucapit: ita nec iſte poteſt vſucapere. hoc ad duo, quòd iſte dicitur procurare in rem ſuam: ideo nil mirum ſi eſt loco heredis. Bolo.

h *Actione.* id eſt actu. aliàs adminiſtratione.

i *Rem.* ſcilicet mobilẽ. & ſic poteſt vſucapi, vt res eccleſiæ mobilis: vt C.de ſacroſan.eccle.auth.quas actiones. ſecus in immobili: vt in contra.ſ.de acquirẽ. re.do.l.bonæ fidei.§.nec intereſt. vel hic non erat, ſed putabatur pupilli. ibi erat. ſed hoc non placet quibuſdã: vt.ſ. de reb.eo.l.magis.§.j. item dic quòd auctoritate contutoris emit: quia ipſe ſe auctore non poſſet: vt.ſ. de au. tu.l.v.§.item ipſe. &.ſ.de contrahen.emp.l.ſi in emptione.§.fi. & l.non licet. & C.de contrahen.emp.l. cum ipſe. ſi enim ſe auctore feciſſet, aut ſciuiſſet ius, & non vſucaperet: vt.ſ.titu.ij.l. ſi fur. §.j. aut ignoraret, & tũc idem: vt.j.§.ſi à pupillo. nec poſſet dicere ſe credere puberem: vt C.de interdict. & releg. l. de tutela. ſed extraneus poſſet: vt.j.§. ſi à pupillo.

A

k *Eo quòd.* id eſt ideò quia.

l *Si pluris.* ſi, id eſt quãuis alius velit plus dare: quia conuenit tutorem emẽtem, & auctoritatem præſtãtem. vel dic pluris &c. id eſt ſi iſte tutor plus dedit quàm alius daret. ſi autem minus, hoc ſubiicit: & ſi minoris &c. & nota tutelæ conueniri, quia ſicut ab aliis, ſic à ſeipſo pupillum debuit cuſtodire: vt hîc, &.ſ. ſi ſer.vin.l.altius.

m *Emerit.* auctoritate contutoris: vt.ſ.

n *Addixiſſet.* id eſt vẽdidiſſet: cùm plus habere potuiſſet dominus.

o *Procuratorem quoque.* non ſolum tutorẽ. Acc.

p *Ex actione.* id eſt ex adminiſtratione.

q *Emerit.* à procuratore: vt conueniat prædictis. vel dic à quodã alio nomine domini: vt.ſ. de vſuca.l. pignori.§.fi.

r *Vſucapturum.* procuratorem, ſecundùm primum: vel dominum, ſecundùm alium.

ſ *Gerens.* ſine mãdato.

t *Emerit.* à procuratore domini, vel etiam ab extraneo, etiã rem domini: vt.ſ.de neg.geſt. at qui.§.cum me.

u *Peculiari.* ſecus ſi dominico: vt.j.§. Pomponius.

x *Vſucapere.* vt.ſ. pro ſolu.l.ij.&.j.de capti.l. pe. Accur.

y *Sciente.* quò ad vſucap. ſed quo ad poſſeſſ. etiam ignorante: vt.d.l.pro ſoluto.l.ij.cum ergo mea conſcientia exigitur: ſi illa eſt cum mala fide, non vſucapio: ſed in peculiari nocet domini ſcientia ad inchoandum: vt.j.§.ſi ſeruus.in fine.

z *Vitioſè.* puta per vim.

a *Pomponius quoque.* non tantum Celſus dicit quòd ſi non peculiari nomine emit, inſpicitur ſcientia domini: ſed etiam Pomponius dicit idem.

b *Primum.* ſcilicet ex poſt facto.

c *Cognoui.* ſcilicet emptionem factam.

d *Sciam.* quia fui præſens quando ſeruus emit: nec prohibui cum poſſem: vt.ſ.de lib.cau.l.imò.in fi.&.ſ.de vſuca.l.heres.§.fi. ſec⁹ ſi non potuiſſem prohibere: vt.ſ.de contrahen.emp.l.in huius.

e *Primam cauſam poſſeſſionis.* Sed cur non vſucapio ſicut extraneus emptor, cum mala fides ſerui non nocet? nam dominus vice emptoris eſt: vt.j.eo.ſeruus. hîc ergo vice heredis, non vice emptoris habetur. Azo. & facit.ſ.de acqui.here.l.cùm quidam.§. ſcientia. & quod no.ſ.de ædil.edic.l.cùm mancipium.

Domin⁹ vice emptoris eſt: & vtrum ſit vice heredis.

a *Si à pupillo emero.* rem alienam. & ſic eſt error dominij rei. res enim ſua non poteſt vſucapi, vt in contra ſupra de acquiren.re.do. l.bonæ fidei.vel hic erat mobilis, ibi immobilis. & eiſdem modis ſolue.C.eo.l.fi.vel ibi ſciebat emptor pupillum. Item op.aut pupillus iſte poſſidebat,aut non.ſed ſi non:nec iuſtam cauſam poſſ. poteſt pręſtare:vt.C.de acqui. poſſeſ.l. cum nemo.ſi poſſidebat,transferre poſſ. non poterat: vt.ſ.de acquiren. poſ.l. poſſeſſionem. & de acquiren.re.do. pupillus. quæ ſunt contra. ſi ergo ipſe non amittit: ergo nec alius quærit: ergo nec vſucapit:vt.ſ.ti. tu.iij.l.fine?Reſpō.non pupillum, ſed emptorē poſſidere vt precario à patre pupilli: & tamen iuſtam præſtat cauſam vſucapiendi: vt.ſ.tit.ij. l.non ſolū.§. quod vulgo.ſecundùm Azo. Vel dic quòd tradidit cum tutore.vel dic quòd nō amittat ex ſua traditione, vt ibi: ſed ex eo ꝙ emptor poſſidet & contrectat: vt ſupra de acquiren. poſſ. ſi rem. vel hîc proximus pubertati, ibi non: vel aliud eſt tradere, vt hîc: aliud nolle poſſidere,& deſerere:vt ibi.arg. ſupra de acqui.poſſ.l.iij. §. quòd ſi ſeruus.

b *Quem puberem.* & ſic eſt error ætatis.

c *Hic plus.* aliàs eſt nō. aliàs ſine non.

d *Sit in re.* plus enim eſt quòd res eſt aliena, quàm opinari eam eſſe pupilli, vt ſupra ea.l.§.ſi ſub conditione.&.ſ.de ma.vindic. l. ſi pater. §. quotiens. aliàs eſt non, hoc modo,non plus eſt in re, ſcilicet quòd ille eſt pupill*,quàm in exiſtimatione.quòd creditur pubes:& tunc eſt ſic ſupra de acquiren.here. qui putat. & ſic duo errant hîc errores:primus de rei dominio,ſecundus de ætate.

Si à pupillo emero [a] ſine tutoris auctoritate, quem puberem [b] eſſe putem: dicimus vſucapionem ſequi:vt* hic plus [c] ſit in re [d] quàm in exiſtimatione. Quòd ſi ſcias pupillum eſſe, putes tamen pupillis licere res ſuas ſine tutoris auctoritate adminiſtrare, non capies [e] vſu: quia iuris error nulli prodeſt. [f] Si à furioſo,quem putem ſanæ mentis, emero: [g] conſtitit vſucapere [h] vtilitatis cauſa [i] me poſſe,quamuis nulla eſſet emptio: & ideo neque de euictione actio naſcitur mihi, nec† Publiciana [k] cōpetit, nec acceſſio poſſeſsionis.

Bona fides auctoris non prodeſt ſingulari ſucceſſori habenti ſcientiam rei alienæ:ſecus in ſucceſſore re vniuerſali.Bartolus.

Si eam rem quam pro emptore [l] vſucapiebas,ſcienti mihi alienam eſſe uendideris, non capiam vſu.Etiam heredi vlteriori defuncti poſſeſsio proderit: quãuis medius heres poſſeſsionem eius nanctus non ſit. [m]

Ibi vſucapietur res,ſcilicet ſi defunctus inceperat eam vſucapere: quia fuit ſibi tradita. ſecus ſi non inceperat, quia fuit tradita heredi malæ fidei, licet defunctus bona fide emiſſet: quia non inchoauit vſucapere.Pau.

Si defunctus bona fide emerit, vſucapietur res, quãuis heres ſcit alienam [n] eſſe.hoc & in bonorū poſſeſſore, [o] & in fideicommiſſariis quib* ex Trebelliano reſtituitur hereditas,cæteriſque [p] prętoriis ſucceſſoribus obſeruatum eſt.

Emptori [q] tempus vẽditoris ad vſucapionem procedit.

Per litis conteſtationem nō interrumpitur vſucapio triennij: & ex duabus cauſis ſe non compatientibus res non poteſt poſsideri. Bartolus.

Si rem alienam emero: & cum vſucaperem,eandem rem dominus à me petierit,non interpellari vſucapionem [r] meam litis conteſtatione.ſed ſi litis æſtimationem ſufferre maluerim, [ſ] ait Iulianus cauſam poſſeſsionis [t] mutari ei qui litis æſtimationem ſuſtulerit: idémque [u] eſſe ſi dominus ei qui rem emiſſet à nō domino, donaſſet.eáque ſententia vera eſt.

III. VLPIANVS *libro ſeptuageſimoquinto ad Edictum.*

Litis* æſtimatio ſimilis [x] eſt emptioni.

Mala fides in parte impedit vſucapionē alterius partis, ſi eſt incerta ratione loci & quotæ aliàs ſecus.Pau.de Caſt.

IIII. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Plautio.*

Emptor fundi partem eius alienam non† eſſe ignorauerat. [y] Reſponſum eſt, nihil eum ex eo fundo longa poſſeſsione capturum. Quod ita verum eſſe exiſtimo, ſi quæ pars aliena eſſet in eo fundo, emptor ignorauerat. [z] quòd ſi certum locum eſſe ſciret, reliquas partes longa poſſeſsione capi poſſe non dubito. Idem iuris eſt ſi is qui totum fundum emebat, pro indiuiſo partem aliquam alienam eſſe

capit?Reſpon.heres in re quam defunctus bona fide poſſedit. Et not.ex prædictis ſeparari cauſam ſucceſſoris vniuerſalis & ſingularis:vt hîc,& inſti.eo.de vſuca.§.diutina.&.ſ.eo.§.ſi eam rem.

o *Poſſeſſore.* ordinario:vt habeat locum ſequens litera.

p *Cæteriſque.*qui habent ſeptimam bo.poſſ.extraor. vt inſtitu. de bo.poſſ.§.ſeptima.

q *Emptori.*facit inſtitu. eo.§.inter.

r *Vſucapionem.*rei mobilis: ſecus de præſcriptione in immobili: vt C.de rei vindi. l. more litis. Item hoc quò ad curſum: ſecus quò ad effectū:vt.ſ. de rei vindi.l. ſi poſt acceptū. ſed hodie videtur interpellari etiã quoad curſum. Cod.de anna.exceptio: vt perfectius. ſecūdùm M.ſed ſecundùm Io. illa in quatuor caſibus lo quit: vt not.d.l. ſi poſt acceptum.

ſ *Maluerim.* pro re quã emerã à nō domino, & vſucapiebam.

t *Cauſam poſſeſſionis.* id eſt eius quod eſt effectus poſſeſſ. id eſt vſucapionē. nam prius vſucapiebam:nunc non, cùm factus ſim dominus,ſi res præſens eſt:vt ſupra de rei vind.l.eius. &.l.hoc ſi.cauſa autem poſſ. conſtat quia mihi non mutatur, imò & priorem cauſam retineo:vt.ſ.de acqui.poſſ. l.iij.§. ex pluribus. quæ eſt contra.

u *Idémque.* vt. ſ. cauſa poſſ. mutetur prædicto modo.

x *Litis æſtimatio ſimilis.*vel vt fiat dominus ſi res eſt pręſens: vt ſupra de rei vindi. l. eius.&.l. ſequen. vel vt detur cauſa vſucapiendi:vt ſupra eo.l.j. Itē vt cōpetat Publ. vt ſupra de Publi. l. ſed & ſi res. §. ſi lis. item vt de euic. teneatur:vt hîc,&.ſ.rerum amo.l.ſi propter res.& arg.j.qui.ex cau.in poſ.ea.l. ſi. ſed nō cauetur de euic.licèt teneatur,vt dixi:vt.ſ.de rei vin.l.& ex diuerſo.§.petitor.& ſupra de condic.fur.ſi ſeruus.§.cauere.ſed quidam dicunt eum non teneri de euic.arg.C. de tranſac.ſi pro fundo.ſed certe hic non eſt tranſactio.Item facit.ſ.commo. l. ſi vt certo.§.j. & ſupra de euic.l.ſi ſeruus ven.§.j.Sed argu.contra.C.de ſer.fugi. l.mancipia.in fi. ADDIT. Dic ſecundùm Bar.quòd ibi ſoluit pœnam:hîc litis æſtimationem.

e *Non capies vſu.*vt.C.ſi quis ignorãs rem mi.l.j.&.C.eo.l.fi. Acc.

f *Nulli prodeſt.*vt & ſupra de vſuca.l.nunquam.ſed certe & ſi puberem putem, poſſum in iure errare:vt ſi credam poſſeſſionē ſine decreto alienare:quod nō poteſt.ad quod dic vt notaui infra pro donato.l.ſi vir vxori.

g *Emero.*rem quam poſſideo: nam poſſeſſionem transferre non poteſt,ſicut nec pupillus ſine tutore.

h *Capere.*pro emptore.nam de eo titu.hîc tractat.Azo.

i *Vtilitatis cauſa.*ſecus de rigore:quia non eſt contractus deficiēte conſenſu.& facit ſupra de inſtitu.ſed & ſi pupillus.§.ſi.Sed contra ſupra eo.cum Stichum.ſolue vt ibi.

k *Publiciana.*imò competit:vt ſupra de Pub.l.eum qui à furioſo. quæ eſt contra.Solu.vt ibi.

l *Si eam rem quam pro emptore.*idem in quolibet alio tit.vt ſupra de acqui. poſ.l. Pompo. in fi.licèt alij dicant ſecus: & idem quod in herede.vt infra.l.ſi defunctus.

m *Non ſit.*niſi alius in medio poſſederit:vt infra eo.tit.l.qui cum herede.§.fi.

n *Scit alienam.* & eſt ratio: quia & ſi heres non adiiſſet, hereditas compleret vſucap.vt.ſ.tit.ij.l.nunquam.§.vacuam.& quia eſt eadem perſona:vt in auth.de iureiu.à mo.& econtra ſi defunctus ſciuit: heredi quamuis bo. fi. noceret, licèt à ſe velit incipere: vt infra de diuer.præſcript.cum heredes. Quis ergo pro herede vſu-

Emptor.] CASVS. Emi fundum meum à te: & partem fundi ſcio alienam.quæritur an reliquas partes vſucapiã. Et diſtinguitur.nã aut neſcio quæ ſit pars aliena,nec ratione loci,nec quotæ:& hoc caſu non vſucapiam.aut ſcio quæ pars ſit alieno pro diuiſo:& tunc vſucapiam cæteras partes.Franc.

y *Ignorauerat.*quãtū eſt alienū ratione loci & quotę:vt in primo. aut ſcio ratione loci:vt in ſecūdo.aut ratione quotæ: vt in tertio.

z *Ignorauerat.*ratione ergo incertitudinis nihil valet.argu. contra ſupra de leg.j.l.ſi ita ſit ſcriptum. & ſecundùm hanc intellige ſupra de acquir.poſſ.l.ſi quis fundum.Sed quid ſi emptor ignoraret quòd aliqua pars ſit aliena:vẽditor ſcit,& dixerit, vẽdo tibi quicquid iuris habeo in iſto fundo?Reſpon.non procedere vſuca.arg. ſupra de acquir.poſſ.l.locus.venditio autem tenet:vt ſupra de here.ven.l.quòd ſi nulla. Vel dic procedere vſucap. vt infra eod.qui cum.§.j.nec obſt.l.locus. quia poteſt dici quòd ibi vterq; ſciebat quòd aliqua pars erat aliena,ſecundùm H.

*Scit.*

Margin notes:

* Sic reperi in manuſcr. cōuerte ordinem ita vt plus ſit in æſtimatione quam in re. rectè.

† Sic Flor. quidam tamē ait ea eſſe ſuppoſititia,& contra l. ſed etſi §. Marcellus ſ. de publi.

Succeſſoris vniuerſalis & ſingularis an & quãdo cauſa poſſit ſeparari: & quis ſit illius ſeparationis effectus. Addita à Triboniano.

* De ratione litis æſtimãdæ Cic.in oratione pro Cluentio.

† Sic Flor. ſed libri manuſcr. habēt inuerſam lectionem ita alienam eſſe non ignorauerat. vtraque defendi poteſt.

UNED

ſcit.[a] eam enim dũtaxat non capiet: cæterarum partium non impedietur longa poſſeſſione capio.

Furtum factum à domino, vſucapibilem rem non facit. Barto.

V. MODESTINVS *libro decimo Pandectarum.*

SI rem quã tibi pigneraui, ſubripuero,[b] eámque diſtraxero. de vſucapione dubitatum* eſt. Et verius eſt vtiliter cedere tempora vſucapionis.

Qui ab alio rogat precario qđ poſſidet, incipit poſſidere ex noua cauſa, & deſinit ex antiqua. Bart.

VI. POMPONIVS *libro trigẽſimoſecundo ad Sabinum.*

QVi cùm pro herede vel pro emptore vſucaperet, precario rogauit,[c] vſucapere non poteſt. Quid[d] porrò inter eas[e] res intereſt: cum vtrubique deſinat ex prima cauſa poſſidere, qui precario vult habere?

Mala fides in vna re certa, non nocet in altera in qua certum eſt adeſſe bonam fidem, ſecus ſi ambæ ſunt incertæ. Pau.

Si ex decem ſeruis quos emerim, aliquos putem alienos, & qui ſint ſciam, reliquos vſucapiam. ꝙ ſi ignorem qui ſint alieni, neminẽ vſucapere[f] poſſum.

Vſucapio cœpta per defunctũ, completur per heredẽ etiam poſſeſsione non apprehenſa. Pau.

Poſt mortem eius qui hominem emerit: expleto tempore quod defuiſſet ad vſucapionem, quamuis eum hominem heres poſsidere non cœpiſſet, fiet[g] tamen eius:[h] ſed ita hoc, ſi nemo eum poſſediſſet.[i]

Ad vſucapionem ſufficit ſola ciuilis poſſeſsio. Bartolus.

VII IVLIANVS *libro quadrageſimoquarto Digeſtorum.*

QVi fundum pro emptore poſſidebat: antequam diutinam poſſeſſionem impleret, deceſſit. ſerui qui in poſſeſsionem relicti fuerant, diſceſſerunt relinquendæ eius gratia. Quæſitum eſt an nihilo minus heredi[k] tempus lõgæ poſſeſſionis procedere poteſt. Reſpondit, etiam diſcedentibus ſeruis hoc tempus[l] heredi procedere.[m]

In parte addita fundo noua emptione, noua præſcriptione opus eſt. Bartolus.

Si fundum† Cornelianum pro emptore longa poſſeſsione capiã, & partem ex vicini fundo ei adiiciam:[n] vtrum eam quoque partem reliquo tempore[o] pro emptore capiam, an integro ſtatuto tempore? Reſpondi: partes quæ emptioni fundi adiiciuntur,[p] propriam ac ſeparatam conditionem[q] habent: & ideò poſſeſsionem quoque earũ ſeparatim nanciſci[r] oportere: & longam poſſeſsionem earum integro ſtatuto tempore impleri.

Reſtitutio procuratoris facta ei qui ſcit vel ſcire debet ad ſe non pertinere, vſucapiendi cauſam non tribuit: niſi procurator reſtituens fuerit ſciens. tunc enim donare videtur. Bartolus.

---

a *Scit.* puta tertiam.

S *I rem.*] Pone caſum vt poſui ſupra de vſuca. l. ſequitur. §. ſi rem pignori. Franciſcus.

A

b *Subripuero.* Ego dominus: ſecus ſi non ſum dominus: vt ſupra pro ſol. l. fin. &. C. eod. l. cum ſcit. vel ſolu. vt ſupra de vſucap. l. ſequitur. §. ſi rẽ. vbi etiam quæſiui quomodo hoc caſu poteſt habere locũ vſucapio: cùm domin⁹ alienet. & fa. j̃. de fur. l. cum heres. §. j.

Q *Vi cum pro herede.*] CASVS. Vſucapiebam rem titu. pro emptore, vel pro herede: & interim eandem rem petij precario à vero domino. dicitur quòd deſino vſucapere. [SI EX DECEM.] Emi. x. ſeruos à domino. quoſdam ſcio alienos, & eos cognoſco. alios vſucapiam. ſed ſi nõ cognoſco illos quos ſcio alienos, neminem eorum vſucapiam. [POST MORTEM.] Teſtator vſucapiebat ſeruum tit. pro emptore. deceſſit teſtator. heres interim diſtulit adire hereditatem. dicitur quòd hereditas cõplet vſucap. & ea completa ſi heres poſtea adeat here. efficitur dominus huius ſerui ſicut aliarum rerum hereditariarum. & hæc ſunt vera niſi alius interim eum ſeruũ poſſidet. Franc.

* Inter Caſſianos & Proculianos l. Sequitur. s̃. tit proxim.

c *Rogauit.* à vero domino: vt. s̃. de acqui. poſſ. interdũ. non à creditore debitor. nã non deſineret vſucapere: vt. s̃. titu. ij. l. non ſolum. §. qui pignori. &. §. fi.

d *Quòd.* pro quia. aliàs quid.

e *Inter eas.* id eſt titu. ꝓ empt. & pro herede ex vna parte: & precarium ex alia.

f *Neminem vſucapere.* ratione incertitudinis: vt. s̃. eod. l. emptor.

g *Fiet.* adita hereditate, ſaltem animo.

h *Eius.* vt. s̃. titu. ij. l. cœptam.

i *Poſſediſſet.* vt. s̃. tit. iij. l. ſi de eo. §. j. & l. Pomponius. §. quæſitum.

Q *Vi fundum.*] CASVS. Vſucapiebat Titius fundum titulo ꝓ emptore. deceſſit interim Titius. ſerui defuncti qui ſtabant in illo fundo, receſſerunt de fundo animo relinquendi poſſeſ. illius fundi. dicitur quòd adhuc procedit vſucapio. [SI FVNDVM.] Poſſidebã tit. pro emptore fundum. ſi iam tenueram eum aliquo tempore, nunc cœpi poſſidere partem fundi vicini aliquo ti. dicitur quod de nouo incipio poſſidere & vſucapere iſtã partẽ. [SERVVS.] Seruus meus mandauit Titio vt ei emeret fundum. tandem iſti ſeruo in teſtamento reliqui libertatem: & Titius emit fundum, & ſeruo facto libero tradidit. quæritur an iſte factus liber vſucapiat fundum? & dicitur quòd non: ſiue Titius credebat conceſſum liberum peculium ſeruo facto libero: ſiue ignorabat. & redditur ratio: quia aut ſeruus nunc factus liber ſcit ſibi peculium conceſſum non eſſe: aut ſcire debet, cùm in teſtamento manumiſſo intelligitur peculium ademptum: & ſic ſi ſcit, eſt malę fidei poſſeſſor. ſi autem ignorat, errat in iure: & ſic non vſucapit. & adducit ſimile de eo qui ſimulat ſe meũ creditorem: & ei ſoluam. nam non vſucapit, cùm ſit malæ fidei poſſeſſor. ſi autem ſciebat Titius peculium manumiſſo conceſſum non eſſe, & tamen ſoluit: præſumitur donare potius quàm indebitum ſoluere. [SI TVTOR.] Tutor rem pupilli ſurripiens vendidit eam. dicitur quòd emptor eam non vſucapiet, cum ſit furtiua. [QVI BONA.] Emi fundũ à non domino bona fide, & eum poſſidere cœpi: tandem alius inuaſit poſſ. fundi: & poſtea ab inuadente recuperaui: & eo tempore quo recuperaui, cœpi habere malam fidem. dicitur quòd non vſucapiam. & reddit rationem. poſtea adducit ſimile, cũ emi rem à nõ domino bona fide: & tẽpore quo traditur mihi, incepi habere malã fidẽ. nã iſtã rem nõ vſucapiam. Poſtea adducit aliud ſimile: Vẽdidiſti mihi ſeruũ vitioſum, qui tamen nõ erat tuus: tamẽ poſſidebas eũ bo. fi. & tradidiſti: tandẽ quia apparet vitioſus, reddidi eũ tibi recepto precio: & nũc incipis habere malã fidẽ. dicitur quòd nõ vſucapies. Idẽ eſt & in eo qui bona fide poſſidebat fundũ, & poſtea deiect⁹ de eo fuit, & eũ recuperauit per interdictũ vnde vi: & tẽpore quo recuperauit, cœpit habere malã fidẽ. [QVI SCIENS.] Interdictũ eſt heredi quòd non deminuat de rebus hereditariis. tandem uendidit cuidam hoc ſcienti. dicitur ꝙ ille qui emit. non vſucapiet. [PROCVRATOR.] Mandaui procura. meo vt venderet fundũ quẽ poſſidebã: & hic fundus valebat centum. tandem procurator vendidit eũ pro. xxx. odio mei, vt afficeret me damno. dicitur quòd ſi emptor hoc ignorauit, bene poterit præſcribere. & adducit ſimile de eo qui ſciens rem alienam vendidit ignoranti. dicitur quòd emptor præſcribit fundum. ſi autem emptor cum procuratore meo colluſit, dicitur quòd emptor non pręſcribit. [FVRTIVA.] Subripuiſti mihi ſeruum. tandem eum mihi ignorãti eſſe meum ſeruũ, obligaſti: & eum luiſti poſtea: & eum vendidiſti cuidam bo. fi. ementi. dicitur quòd emptor nõ vſucapiet: cùm hæc res ſit furtiua: nec videtur veniſſe in poteſtatẽ domini, cùm dominus hoc ignorauit. [LIBER HOMO.] Liber homo quem poſſidemus bona fide, ex iiſdem modis nobis acquirit, ex quibus acquirit ſeruus domino: & ita liber homo ſi ex peculio quod ad me ſpectat, aliquã rem à non domino emerit, etiam ignorans vſucapio. Fran.

† Iſte tex. nõ eſt alibi ſecũdum Ro. fol. 20 fin. ad hoc ꝙ præſcriptio in principali, trahitur ad acceſſoria, quando illa inerãt principali ab initio. ſec⁹ ſi ex poſt facto: quia tũc opus eſt noua præſcriptione. Bolog.

B

C

D

k *Heredi.* qui adiuit antequam ſerui diſcederẽt: & ſic fuit ei quæſita ciuilis per ſeruum.

l *Tempus.* ante diſceſſum ſeruorum. vel poſt.

m *Procedere.* quia retinuit ciuilem poſſeſſionem: quam niſi certis modis non potuit perdere: vt ſupra tit. iij. l. ſi id quod. §. j. & fa. l. ſi colonus. & quod ibi no. &. s̃. de dolo. l. cùm quis. item hoc niſi ſit alius ingreſſus. argu. ſupra. l. proxi. in fine.

n *Adiiciam.* acquirendo aliquo tit. aliàs quomodo vſucaperem?

o *Reliquo tempore.* quod adhuc ſupereſt ad vſuca. complendam.

p *Adiiciũtur.* ſ. poſt emptionẽ primã: ſecus ſi totũ ſimul: vt in cõtra. s̃. e. l. ij. §. ſed ſi fund⁹: vel ibi totũ credidi vni⁹ vẽdẽtis: hîc non.

q *Conditionem.* niſi adiiceretur per alluuionem: vt ſupra de Pu. l. ſi ego. §. idem ait.

r *Nanciſci.* non ergo trahitur vltima acquiſitio ad primam: quod videbatur ratione cuiuſdam vniuerſitatis: ſed non eſt: vt ſupra tit. ij. l. rerum. §. fi. & facit ſupra de auro & argen. lega. l. cum aurum. §. fi. &. C. finium regun. l. fi.

Seruus meus Titio mandauit vt fundum ei emeret: eíque manumiſſo Titius poſſeſsionem tradidit. quæſitum eſt an longa poſſeſſione caperet. Reſpondit, ſi ſeruus meus mandauerit Titio vt fundũ emeret: & manumiſſo [a] ei Titius fundum tradiderit, cum putaret & peculium ei conceſſum eſſe, vel etiam cum ignoraret [b] peculium conceſſum non eſſe: nihilo minus [*] ſeruum [c] diutina poſſeſſione capere: quia aut ſcit † ſeruus [d] peculium ſibi conceſſum non eſſe, aut ſcire debet: [e] & per hoc [f] ſimilis eſt ei qui ſé creditorem eſſe ſimulat. [g] Quòd ſi ſcierit Titius peculiũ manumiſſo conceſſum non eſſe: donare potius [h] quàm indebitum fundum ſoluere intellegendus eſt.

Furtum tutoris facit rem inuſucapibilem, nec ſufficit rem in tutoris poteſtatem reuerti. Bart.

Si tutor rem pupilli ſubripuerit, & vendiderit: vſucapio non contingit prius quàm res in poteſtatem [i] pupilli redeat. Nam tutor [k] in re pupilli tunc domini loco [*] habetur, cùm tutelam adminiſtrat, [l] non cùm pupillum ſpoliat. [m]

Eo tempore quo poſſeſsio recuperatur, debet quis eſſe bonæ fidei: aliàs nõ procedit præſcriptio: ſiue recuperetur extra iudicium ſiue per actionem perſonalem, ſiue per interdictum. Barto.

Qui bona fide alienum fundum emit, & poſſeſsionẽ eius amiſit: [n] deinde eo tempore adprehendiſſet [o] quo ſcit rem alienam eſſe, non capiet [p] longo tempore: quia initium ſecundæ poſſeſsionis vitio [q] non carebit: nec ſimilis † eſt ei qui emptionis quidem tempore putat fundum vendentis eſſe: ſed cum traditur, ſcit alienum eſſe. [r] Cùm enim [ſ] ſemel amiſſa fuerit poſſeſsio: initium rurſus recuperatæ [t] poſſeſsionis ſpectari oportet. [u] Quare ſi eo tempore redhibeatur [x] homo, quo emptor [y] ſcit alienum eſſe, vſucapio non contingit: [z] quamuis antequam venderet, in ea cauſa fuerit, vt vſucaperet. Idem iuris eſt in eo qui de fundo deiectus, poſſeſsionem per interdictum recuperauit, [a] ſciens iam alienum eſſe.

Qui ſciens emit ab eo cui eſt interdicta adminiſtratio à iudice, vel à lege, non præſcribit. Pau.

Qui ſciens [b] emit [c] ab eo quẽ prætor [d] vt ſuſpectum heredem deminuere vetuit: vſu non capiet.

Malitia procuratoris non nocet emptori bonę fidei: ſecus ſi procurator colludat. Bart.

Procurator tuus ſi fundum [e] quem centum aureis vendere poterat, addixerit [f] triginta aureis in hoc ſolùm vt te damno adficeret, ignorante emptore: dubitari non oportet quin emptor longo tempore capiat. Nam & cùm [g] ſciens quis alienum fundum vendidit ignoranti: non interpellatur [h] longa poſſeſsio. Quòd ſi emptor cum procuratore collu-

a *Manumiſſo*. in vltima voluntate domini, vel etiam inter viuos.

b *Cùm ignoraret*. errans etiã in iure: nam ſoluenti ad impediendã condictionẽ indebiti non nocet etiam error iuris: vt no. C. de iur. & fac. igno. l. cùm quis. & ſic repetet hic Titius condic. indebi. A

c *Seruum*. ſcilicet manumiſſum in vltima voluntate, vel etiam inter viuos &c.

d *Scit ſeruus*. & ſic eſt malæ fi. quare non vſucapit: vt ſupra tit. ij. l. ſi fur. §. j.

e *Scire debet*. quia in vltima voluntate non intelligitur datum in dubio: vt inſtitu. de leg. §. peculium. ſi ergo hoc neſcit, in iure errat: & ſic nõ vſucapit: vt ſupra de vſuca. l. nunquam in princ. Vel dic, ſcire debet: quia cùm eſſet legatum, fuit adẽptum, & hoc ſciuit: ſed dicit ſe obliuioni dediſſe: & ſic etiã inter viuos eſſe potuit: quia expreſſe dixit dominus ſe non concedere peculium: & hoc ſciuit: ſed tradidit obliuioni manumiſſus: quare craſſa ignorantia nocet: vt. ſ̃. de iur. & fac. igno. nec ſupina. & ſecundũ hoc no. quẽ non debere tradere obliuioni quod ſcit. ſic. C. de cõ trahen. & cõmit. ſtip. l. magnam. Item non debere quem factum ſuũ vel quaſi ignorare: vt C. de reſcin. ven. quiſquis. & infra quod vi aut clam. l. iij. in fi. &. ſ̃. ſi cer. pet. l. quod te. & infra de fideiuſ. l. ſi Titius. §. Seia.

* Sic Flor in veter. nihilo magis, ait Taurel. ſic & in meo.

† Not. quòd ſcire, vel ſcire debere, idem ſunt. Bald. ad hoc iſtum textũ allegat in. l. 1. C. de ſer. ver. quæro. vlterius &c.

* Iuxta hoc Paul. ad Gal. cap. 4. quandiu heres puer eſt, nihil differt à ſeruo, cũ ſit domin' omnium &c.

f *Et per hoc*. refert ſe ad articulum quando ſciuit ſibi conceſſum non eſſe: & ſic fuit malæ fidei poſſeſſor: cui hic caſus ſimilis eſt. B

g *Simulat*. cum non ſit. ſi ergo ex hac cauſa ſolutum ſit, non vſucapit, cum ſit malæ fidei poſſeſſor.

h *Donare potius*, vt &. j̃. de reg. iur. l. cuius per. &. ſ̃. de lib. agno. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. non ergo repetit, & domino tenetur adhuc actione mandati: vt infra de ſol. l. ſi quis ſeruo. & l. ſi ſeruus. ſed ſi quæras, ſecundum Azo. an tranſlatũ ſit dominium hoc caſu in manumiſſum? Reſpon. ita, ſi procurator factus fuit dominus: quod eſt ſi ipſe & tradens, vel alter eorum, hoc egerit, vt domino quæreretur. ſed ſi ponas procuratori à nõ domino traditum eſſe, eúmq; poſtea manumiſſo ſoluiſſe, & ſciẽs peculiũ non cõceſſum: an vſucapiet manumiſſus? Reſpõ. ita, ſecundum Io. Quid ergo. ſ̃. proxi. dicitur? Reſpon. illud tunc verum eſt cum quaſi creditor acceperit: hic vero quaſi extraneus de dono habet vſucapionem. ergo ſiue ſciat eum ſcienter indebitum ſoluere, & tunc ti. pro donato habet locum: ſiue ex prima cauſa credat ſibi ſolui, cum tamẽ probabiliter credat ſibi peculium conceſſum, & tunc ex ea cauſa ex qua putat ſibi tradi. ſi autem ſcit non cõceſſum, eſt malæ fidei, & non præſcribit: vt ſupra proxi. reſpon. C

i *Priuſquam res in poteſtatem*. ſed certe nec tunc, cum ſit pupillaris: vt ſupra de adquiren. re. do. bonæ fi. quæ eſt cõtra. reſpõ. non ob. poſtea quòd fuerit furtiua: ſed quòd eſt pupillaris, ſic. vel ibi in immobili: hic in mobili. vel hic rediit poſtquam fuit factus pubes: & ſecũdum hoc dic in poteſtate pupilli id eſt eius qui fuit pupillus. vel ſecundum Azo. de ipſo pupillo dicit quòd interim non vſucapit, cùm ſit poſſeſſione priuatus: vt ſupra titu. iij. l. rem quæ.

k *Nam tutor*. videbatur ſufficere redire in poteſtatem tutoris quaſi domini: ſed non eſt ita: nam &c.

l *Adminiſtrat*. ad opus pupilli.

m *Spoliat*. ſic etiam in omnibus eſt dicendum qui gerunt officiũ, ſiue in diuinis, ſiue in humanis rebus. & facit infra de fur. l. interdum. §. tutelam. &. C. de pactis. l. pactum. & ſupra de ma. te. l. qui filium. §. itaque.

n *Amiſit*. quia alius inuaſit.

o *Apprehendiſſet*. cum titulo, vel ſine.

p *Non capiet*. vſu: vt & ſupra titu. ij. l. ſi is cui. §. ſi quis bona.

† diſſimilis: vt. l 2. ſ̃. eod. in prin. maxime cũ Iulian' auctor huius legis Sabinianus fuerit. l. 2. in fi. ſ̃. de orig. iur. & Sabinianorum hæc ſententia fuerit. l. ſi aliena. ſ̃. de vſuca.

q *Vitio*. perſonali.

r *Alienum eſſe*. qui nõ vſucapit: vt. ſ̃. eo. l. ij. in prin.

ſ *Cum enim*. redit ad primum.

t *Recuperatæ*. cum titu. vel ſine titulo.

u *Oportet*. vt vſucapiat, ſi habeat malam fidẽ: aliàs ſic etiã ex primo tit. vt no. in. l. naturaliter.

x *Redhibeatur*. non eſt hic caſus ſimilis aliis niſi ad id de quo tractat: ſ. quia interrũpitur prima poſſeſſio, & initium ſecundæ inſpicitur, vtpote cum is cui redhibetur, redhibentis tempora ſibi continuet: ſed non ſic in aliis ſupradictis: quia ibi non continuantur tempora: vt. ſ̃. tit. ij. l. ſi hominẽ. & tit. iij. l. Pomponius. §. præterea. &. §. quæſitum.

y *Emptor*. i. venditor: vt & ſupra de act. empt. l. veteres. nã & hic quaſi emptor eſt, cùm pretiũ reddit & dat: vt. j̃. de diuer. præſcript. l. ſi duobus. §. vendidi.

z *Non contingit*. quando ſecũdum initium eſt vitioſum, vt hîc. aliàs ſecus: vt. d. l. ſi hominem. & l. Pomp. §. præterea. quæ ſunt cõtra. Alij dicunt quòd poteſt ſi incipiat à ſe. alij econtra, ſcilicet ſi velit cõtinuare cum primo. prima placet.

a *Recuperauit*. ſecus ſi incontinenti: quia tunc poſſeſſor in priſtinã cauſam redit: vt infra de vi & vi ar. l. qui poſſeſſionem. ſed an hoc quod non vſucepit, pro intereſſe ab inuaſore recuperat? Reſpon. non: vt ar. infra de fur. l. ſi is cui. in fi. D

b *Sciens*. ſi vero ignoraret datur acceſſio: vt ſupra titu. iij. Pomponius. §. ſi iuſſu. Franciſcus.

c *Emit*. rem hereditariam.

d *Prætor*. viuus poſtulantibus creditoribus: quod cauſa cognita fieri debet: vt ſupra de cur. fur. l. obſeruare. vel dic etiã mortuus: quod facit mota quæſtione de hereditate iudicio petitorio: vt. ſ̃. de peti. here. diuus. vel diuiſorio: vt. ſ̃. fami. erciſc. alienationes. & facit ſupra de vſuca. ſi ab eo.

e *Fundum*. quem bona fide alienum poſſidebas. idem ſi tuum: ſi tamen pro certa quantitate tantum dari mandaueras: puta pro. c. & ipſe minoris vẽdidit: quo caſu dominium non tranſtulit: vt. ſ̃. man. ſi diligenter. Quid autem ſi certa forma non erat præfixa in mandato: ſed ſimpliciter mandauerat vt venderet? nunquid dominium tranſtulit cùm doloſè eum pro minori vendidit? argu. ꝙ non ſupra man. l. antepenult. §. fi.

f *Addixerit*. id eſt vendiderit.

g *Nam & cum*. vere malitia procuratoris nõ obſtat præſcriptioni: quia nec alterius cuiuſlibet venditoris.

h *Non interpellatur*. id eſt non impeditur: & hoc iure iſto: hodie ſecus:

ſit, & eum præmio corrupit quo vilius mercaretur:[a] non intellegetur bonæ fidei[b] emptor, nec longo tempore capiet.& ſi aduerſus petentem dominum vti cœperit exceptione* rei voluntate eius venditæ:replicationem[c] doli vtilem futuram eſſe.

Res non dicitur reuerſa in poteſtatem domini, qui furtum factum ignorauit.Pau.

Furtiua res non intellegitur rediſſe in domini poteſtatē, quamuis poſſideret eam, ſi modò ignorauerit[d] ſubreptam ſibi eſſe.† Si igitur[e] ſeruum qui tibi ſubreptus erat, ignoranti tibi tuum eſſe, pignori dedero,[f] & ſoluta pecunia eum Titio uendidero:Titius vſucapere non poterit.[g]

Per liberum hominem bona fide poſſeſſum, ex re poſſeſſoris, & ex opera ſua adquiritur dominiū & vſucapiendi conditio, ſicut per ſeruum proprium.Pau.

Liber homo qui bona fide nobis ſeruit, hiſdem modis ex re noſtra[h] adquirit nobis, quibus per ſeruum noſtrum adquirere ſolemus.[i] Quare ſicut traditione,[k] ita vſucapione[l] rem noſtram faciemus, interueniente libera perſona. & ſi peculij nomine, quod nos ſequi debet, emptio contracta fuerit, etiam ignorantes[m] vſucapiemus.

Qui emit ab eo quem ſcit conſumpturum pretium, bonæ fidei eſt:niſi ſciat eum conſumpturum in aliquem malum vſum.Bart.

VIII. IDEM *libro ſecundo ex Minicio.*

SI quis cùm ſciret venditorem pecuniam ſtatim conſumpturum,[n] ſeruos ab eo emiſſet: plerique reſponderunt, eum nihilo minus bona fide emptorem eſſe.

D ídqud verius eſt. Quomodo enim mala fide emiſſe videtur, qui à domino emit?[o] niſi fortè & is qui à luxurioſo[p]* & protinus ſcorto[q] daturo pecuniam, ſeruos emit, nō vſucapiet.[r]

Dominus poteſt vſucapere partum ancillæ furtiuæ ab alio quàm à ſeruo ſubtractæ, & per ſeruū domino traditæ.Bart.

IX. IDEM *libro tertio ad Vrſeium Ferocem.*

QVi ob pactionem libertatis ancillam furtiuam à ſeruo accepit: poteſt partum eius quaſi

B emptor[s] vſucapere.

Dominus poteſt vſucapere partum ancillæ à ſeruo manumiſſo ſubtractæ, & ſibi traditæ.Barto.

X. IDEM *libro ſecundo ad Minicium.*

SEruus domino ancillam quam ſubripuerat, pro capite ſuo dedit.ea concepit. quæſitum eſt, an dominus eum partum vſucapere poſſit. Reſpondit. Hic dominus quaſi emptor partum vſucapere poteſt.[t] nāque[u] res ei abeſt pro hac muliere:& genere quodāmodo[x] venditio inter ſeruum & dominum contracta eſt.

Iuſtiſsima cauſa erroris in titu. pro emptore, tribuit cauſam vſu-

C capiendi.Bartolus.

XI. AFRICANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

QVod vulgo traditū eſt, eum qui exiſtimat ſe quid emiſſe, nec emerit, non poſſe pro emptore vſucapere: hactenus verum eſſe ait, ſi nullam iuſtam cauſam eius erroris emptor habeat.[y] Nā ſi fortè ſeruus vel procurator cui emendā rem mandaſſet, perſuaſerit ei ſe emiſſe, atq; ita tradiderit, magis eſſe vt vſucapio ſequatur.

Per miſsionem in poſſeſsionē ex primo decreto, nō deſinit quis vſucapere vel præſcribere.Pau.

XII. PAPINIANVS *libro decimo Reſponſorum.*

MIſſo legatario in poſſeſſionem,[z] res pro emptore

ſecus:vt.C.de præſcript.long.temp.authen.malæ fidei. Accur.

a *Mercaretur*.& ſic illi procuratori vilius venderet.

b *Bonæ fidei*.ſic ſupra de leg.j.l.ſi ſeruus plurium.§.j.& quod dicit præmio, an idem ſi gratia? videtur idem, ar.j̄.de fur.l. ſi pignori.

c *Replicationem*. quia colluſit cum procu. & hoc niſi reliquum quod deeſt, vellet emptor ſupplere:tūc enim nō obſtaret replicatio: vt ſupra man.l. diligenter.§.j.

d *Ignorauerit*.vt & infra de fur.ſi ad dominū. in fi. titu. & de verbo. ſignifi.l.Labeo.§.item ſi. &.ſ̄.de vſuca. ſequitur. §.tunc.niſi in caſu:vt in d. l. ſequitur. §. Labeo. Arg.contra inſtit. de le. §.ſi quis rem ſuam.

e *Si igitur*.quantum ad propoſitum:quia in veritate ſuæ rei pignus nō contrahitur.

f *Pignori dedero*. quantum ad propoſitum.

g *Nō poterit*.quia in poteſtatem tuam rediiſſe ignoraſti.

h *Ex re noſtra*.vel opera ſua: vt.ſ̄.de adquirē. re.do.l.adquiritur.§. de his.

i *Solemus*. Not. paria quo ad quid, liber homo poſſeſſus, & ſeruus. ſic.ſ̄.de vſur. qui ſcit. §. in alieno.

k *Quare ſicut traditione*. facta à domino.

l *Vſucapione*.quando à non domino.

m *Ignorātes*.facit ſupra pro ſoluto.l.ij.

SI quis.] CASVS. Emi rem à Titio, quem ſciebam pecuniam ſtatim conſumpturum.bene vſucapere poſſum iſtam rem:niſi Titio eſſet interdictum bonis: quia erat luxurioſus.nā tunc ſi emam ab eo, nō vſucapio.Franc.Accurſius.

n *Conſumpturum*. non tamen in turpem vſum. ſed idem ſi in turpem vſum: ſi tamen poterat vendere: quia non erat ei interdictum: vel ſi erat, fecit cum tutore vel curatore:aliàs bona fides non prodeſt: vt ſupra de vſucap.l.vbi lex. Accurſius.

o *A domino emit*.ſecundum credulitatem ſuam.

p *Luxurioſo*.cui per hoc erat interdictū bonis à iudice:ſed furioſo per legem interdicitur: vt ſupra de cur.fur.l. j. aliàs cuicunque det, quid ad me? & pro hoc ſupra de aleato. l.fin. §. j. ij.reſpon. Alij dicunt etiam ſi non interdictum. & pro eis ſupra de mino. quòd ſi minor. §. fina. & ſupra manda. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi adoleſcens. ſed illæ in minore loquuntur. Item pro eis infra qua. rerum act. non datur. l. ij. ſed ibi contraxerunt colluſores inter ſe: ſecus ſi extraneus. vel illud in ac. de euic.aliud in principali.

q *Scorto*.id eſt meretrici.

r *Non vſucapiet*.ſubaudi, nam &c.

QVi ob pactionem.] CASVS. Seruum meum manumiſi: & ob hoc dedit mihi ancillam furtiuam. dicitur quòd partū ancillæ potero vſucapere tanquam emptor.Franc.Accur.

s *Quaſi emptor*. qui nullo tempore ſciuit alienam. idem ſi nato partu & inchoata partus vſucapione cognoſceret, ſiue alienam,

A ſiue furtiuam.idem ſi poſt conceptionem ante natiuitatē cognouit ſimpliciter alienam.in aliis caſibus ſecus: & ſic non eſt contra ſupra de vſuca.l.ſequitur.§.de illo. Item quo titu? dic pro ſoluto. & ſic dictio quaſi,[a] nō eſt expreſſiua veritatis. nam eſt facio vt des: vt dixi.ſ̄.pro ſoluto. l.j. & facit infra.l.proxi.

SEruus.] CASVS. Seruum meum manumiſi: & ob hoc dedit mihi ancillā, quam ipſemet ſubripuerat:& hęc ancilla peperit penes me. dicitur ꝙ vſucapiā partum.Fran.Accur.

t *Vſucapere poteſt*. Quid eſt ergo quod dicitur ſupra de vſucap.l.ſequitur.§.de illo? Reſpon.ſuperior pars. §. per inferiorem determinatur. Ioā. vel aliter, ibi ſciuit ſeruum vitioſe detinere antequam ſibi ſeruus traderet: hic dominus ignorauit. vel ibi dedit cum erat ſeruus: hic iā liber factus quondā domino tradiderat. vel melius quando ſeruus non ſubtraxit ancillam, ſed eam ſine vitio ſuo habet, vſucapit dominus partū:vt.ſ̄. l. proxi. at quando ſubtraxit eā, & tradit quoad ſeruus eſt, non vſucapit dominus: quia poſſeſſio ſerui vitioſa domino nocet: vt.ſ̄.d.§. de illo. & ſupra eo.l.ij. §. ſi ſeruus bona fide. ſi autem tradit iam liber, vſucapit: vt hic.Io.

u *Nanque*.ſi hæc eſt ratio quare vſucapit partum cur in matre prohibetur: vt.ſ̄.eod.l.ij. ſed ſi ſeruus? Reſpon.nō eſt ratio quare dicatur vſucapere:ſed quare videatur quaſi emptor.

x *Et genere quodammodo*. id eſt de iure gen. vt apparet.ſ̄. de cōtrahen. empt.l.j.in princ.ibi, olin non erat.&c.

QVod vulgo.] CASVS. Id quod vulgo dicitur, eū non poſſe vſucapere pro emptore, qui credidit ſe emiſſe, & non emit, fallit in caſu: vt ſi credam emptionem factam: vt ecce ſi mandaui ſeruo meo, vel procuratori meo vt emat mihi rem:& ille poſtea dicat ſe emiſſe, cum non emerit, & tradat eam mihi:nam vſucapio pro emptore illam rem.Fran.Accur.

y *Emptor habeat*.A contrario ergo ſi iuſta cauſa interuenit, habet locum vſucapio pro emptore. nam & ſic facit ad titu. & pro hoc ſ̄.pro legato.l.fi.&.ſ̄.de vſuca.l.nō ſolum.§.quod vulgo.ibi, hoc amplius &c. Alij dicunt id eſt tit.pro ſuo.ar.ſ̄.de iure do.l.Proculus.Item quod dicit, iuſtam:dic id eſt iuſtiſſimam: quia in alieno facto:vt ſubiicit:vt &.j̄.pro ſuo.l.fi.& dixi.ſ̄.l.ij. in prin.

MIſſo.] CASVS. Heres qui poſſidebat rem aliquam titulo pro emptore: licet legatarius mittatur in poſſeſſ. huius rei cauſa legatorum ſeruandorum: tamen heres procedit in vſucapione.Fran.

z *In poſſeßionem*.cauſa rei ſeruandæ.

* Flo.exceptionem.

† Infero ex iſto textu ꝙ furtum committitur, quamuis fur habuerit animum reddēdi. de quo eſt expreſſus text.in l.qui iumēta.j̄. de fur. ſecundū Bal.in l.1. colum.6. C. de ſer.fugi.

a] Conc.rex. in c.gratum. cū ibi not. p Panorm.nu. 9.&quod ibi poſui in addi.in ver. dictio quaſi. extra de offi. & pot.iu de. & in c.cū de diuerſis & ibi notaui in apoſtil. ad Gemi. eo. verſi. extra de priui. & exceſ.priui. lib 6.

* i.prodigo. vide Anton. Augu. lib.4. c.11.

vſucapiuntur,[a] ſalua prætorij pignoris cauſa.

Nuntiatio noui operis non interrumpit præſcriptionē ſoli. Bart.

XIII. SCÆVOLA *libro quinto Reſponſorum.*

ALienam aream bona fide emit,[b] & ante impletā diutinam poſſeſſionem ædificare cœpit, ei denuntiante[c] domino[d] ſoli intra tempora diutinæ poſſeſſionis perſeuerauit. quæro vtrum interpellata ſit: an cœpta durauerit. Reſpondit, ſecundum ea quæ B proponerentur, non eſſe interpellatam.*

* Flor. interpellatum.

Qui emit ab aliquo tanquam à neg. geſtore, vel coniuncta perſona, eſt malæ fidei: niſi credat eum habere mandatum. Bart:

XIIII. IDEM *libro vicenſimoquinto Digeſtorum.*

INteſtatæ ſororis hereditas obuênit duobus fratribus: quorū alter abſens erat, alter pręſens. pręſens etiā abſentis cauſam agebat. ex qua hereditate ſuo & fratris ſui nomine fundum[e] in ſolidū vendidit Lucio Titio bona fide emēti. quæſitum eſt, cum ſcierit partē fundi abſentis eſſe, an totum fundum lōga poſſeſſione ceperit. C Reſpondit, ſi credidiſſet[f] mandatu fratris veniſſe,[g] per longum tempus cepiſſe.

## PRO HEREDE, VEL† pro poſſeſſore.

† In indice titul. &.

## TITVLVS VI.

Titulus putatiuus pro herede nō ſufficit ad vſucapiendum ſi nō poterat eſſe heres: quia viuebat ille cuius ſe heredem putabat. Pau. de Caſt.

I. POMPONIVS *libro trigenſimoſecundo ad Sabinum.*

PRo herede ex viui bonis nihil vſucapi poteſt,[h] etiam ſi poſſeſſor mortui rē fuiſſe exiſtimauerit.[i]

Miſsio ex primo decreto præſcriptionem nō interrumpit. Pau. de Caſt.

II. IVLIANVS *libro quadragenſimoquarto Digeſtorum.*

QVi legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſsionem mittitur, non interpellat poſſeſsionem eius qui pro herede vſucapit. cuſtodiæ enim cauſa rē tenet. Quid ergo eſt? etiam impleta vſucapione ius pignoris retinebit:[k] vt nō prius diſcedat,[l] quàm ſi ſolutum ei legatum fuerit, aut eo nomine ſatiſdatum.

Qui detinet rem quam ſcit alienam: ex ſuperuenienti tit. pro herede nō incipit poſsidere, nec vſucapere: quia nō poteſt ſibi cauſam poſſeſsionis mutare. Pau.

Quod vulgo reſpōdetur,[m] cauſam poſſeſsionis neminē ſibi mutare poſſe: ſic accipiendum eſt, vt poſſeſsio non ſolum ciuilis, ſed etiam naturalis intellegatur: & propterea reſponſum eſt, neque colonum,[n] neq; eum apud quem res depoſita, aut cui commodata eſt, lucri faciendi cauſa pro herede vſucapere poſſe.

a *Vſucapiuntur.* nihilo minus. ſ. ab herede: vt &. j̃. tit. j. l. ij. in prin. & facit. C. de pigno. l. vſucapio. & facit. s̃. tit. iij. l. iij. §. fina. Accur.

A ALienam.] CASVS. Fundum tuum bona fide poſſidebam: & antequam præſcripſiſſem, ædificabā domum in eo fundo: & cùm ædificarem, denuntiaſti mihi ne ædificarē. dicitur quòd propter hoc non interpellatur præſcriptio. Fran.

b *Emit.* aliquis.

c *Denuntiante.* nouum opus, ne ædificaret. vel dic quòd denuntiauit ſuam eſſe, nō tamen per executorem: quia tunc ſecus: vt. C. de præſcrip. xxx. ann. l. ſicut. nec ob. C. de rei vindic. ſi fundū. quia ibi fuit ab initio denuntiatum: vt. ff. de peti. here. item veniūt. §. petitam. quia ibi ſpeciale. & facit ſupra. de li. cauſa. l. nō ſolum. §. ſi eum.

d *Domino.* in non domino certū eſt: vt. C. de reſcin. vendi. l. ſi maior.

INteſtatæ.] CASVS. Duo fratres ſucceſſerunt ſorori ſuæ defunctæ ab inteſtato. vnus iſtorum fratrū erat abſens: & alter præſens. ille qui erat præſens, vendidit fundum communem nomine ſuo & fratris. quęritur an emptor vſucapiet, ſeu præſcribet? Et dicitur quòd ſi emptor credidit ꝙ venditor vendat de voluntate fratris, quòd præſcribet. Franc.

e *Fundum.* non hereditarium, ſed pro hereditario habitum.

Quod autem de ſociis dictum eſt, vt & hi in quātum facere poſſint condemnentur: cauſa cognita ſe facturū prætor edicit. Cauſæ cognitio autē in hoc erit, vt negāti ſe ſociū [h] eſſe, aut ex doli clau- D ſula obligato non ſuccurratur.

Exceptionē iure perſonali competentem domino, opponit procurator & defenſor. Barto.

xxiii. Pavlvs *libro ſexto ad Plautium.*

SI cum procuratore mariti de dote actum fuerit: [i] ſi quidē viuo marito condemnatio fiet, in quantū facere poteſt [k] fiet damnatio. nam & defenſor [l] mariti in id quod ille facere poteſt, dānatur: mortuo verò marito, in ſolidū. [m]

Exceptio iure perſonali competit fideiuſſori. Barto.

xxiiii. Pomponivs *libro quarto ex Plautio.*

ET ſi fideiuſſor [n] acceptus ſit rei [o] vel actionis, non proderit ei [p] ſi perſona pro qua fideiuſſit, in quantum facere poteſt condemnanda eſt. Si maritus ſoluēdo non fuerit: licet ipſi marito proſit quòd facere non poſſit (id enim perſonæ mariti præſtatur [q]) heredi [r] eius hoc non prodeſt.

xxv. Pavlvs *libro ſexageſimo ad Edictum.*

SCiendū * eſt, heredes earū perſonarū [ſ] nō in id quod facere C poſſunt, ſed in integrum teneri.

Si partes concordant qualiter ſententia feratur, iudex debet ſequi eorum voluntatem. Paul.

xxvi. Vlpianvs *libro ſeptuageſimoſeptimo ad Edictum.*

SI conuenerit inter litigatores, quid pronuntietur: non ab re erit, iudicem huiuſmodi ſententiam proferre. [t]

Appellatio non rite, interpoſita, non retardat executionem. Bart.

xxvii. Modestinvs *libro primo Reſponſorum.*

PRæſes prouinciæ [ in ] vſuras vſurarum condemnauit contra leges, [u] & ſacras conſtitutiones: [x] ideoque Lucius Ti-

m *In ſolidum.* niſi filius eiuſdem matrimonij ſucceſſit viro: vt ſupra ſolu.matri.l.etiam.in princ.

A

n E*T ſi fideiuſſor.* hæc lex non loquitur in marito, ſed generaliter.

o *Rei.* id eſt ſpeciei: & actionis: ſcilicet pro quantitate competentis. vel rei, ſcilicet dandæ vel tradendæ. actionis. id eſt acti ſiue facti. vel pro eodē pone rei & actionis: ſcilicet pro re competenti.

p *Ei.* ſcilicet creditori: imò fideiuſſori. Azo. qui in ſolidū condemnetur, & in ſolidum agat mādati: & hoc quia perſonale beneficium eſt, aliàs contra ſi rei cohęreat: vt infra de regu. iur.l.in omnibus. &.j.de except.l.omnes except.& inſtitu.de replica.§. finali. &. C.de vſur. rei iudic. l. fina.§. fin. item hoc niſi conueniatur vt defenſor: vt ſupra pro ſocio.l.verum.§.j.

q *Præſtatur.* ſic infra de regulis iur. l. in omnibus.

r *Heredi.* non ſuo: vt ſupra ſolu.matri.l.etiā.

ſ S*Ciendum.Perſonarum.* omniū prędictarum, excepto viro relinquente cūmunem filium: vt ſupra.l. proxi. dixi. & facit ſupra quod cum eo.l.ſed ſi.§. ſoli. & pro ſocio.l. verum.

*Iſta.l. cum præced. ad hoc allega. quòd diſpoſitio perſonalis cū perſona extinguitur. concor. text. in cano. pōtifices.12. q. 3. tex.in. c. requiſiſti. de teſta.& in. c. ſi gratioſè. de reſcrip.in 6. no. in ca. priuilegium de re iudi. in.6.

S*I cōuenerit.*] casvs. Mutuaui tibi.c.hoc pacto vt non tenearis niſi in quantum facere poſſis. nunc conuenio te ad iſta. c. Iudex huius cauſæ ſeruabit hoc pactum non condēnando te niſi in quātum facere poſſis. Frāciſc.Accurſius.

t *Proferre.* contra ſupra de arbit. l. qualem. Solu.ibi in arbitrio, hic in iudicio. Vel dic hic quid, id eſt de quo. pone quòd plura petere poteram: conuenit vt vnum tātùm peterem. vel hic iam lite agitata: ibi à principio. tu dic poni hic caſum quando conuênit vt in quantum facere poſſet, damnetur qui debebat in ſolidum damnari: vt ſupra de pactis.l. ſi quis crediderit. Quid autem ſi econtra? tunc aut beneficium habet propter reuerentiam perſonæ: & tunc non poteſt contra paciſci: vt ſupra ſolu.ma.alia.§.eleganter.aut iure contractus: [a] & tunc ſic: vt hic, &.C.de pact.ſi quis in conſcribendo. Item pone vt ſupra communi diui.l.iudicem. Item. C.de teſti.l.fin.

a] Iſtam glo. ſequuntur Bar. P. & Alexan.

P*Ræſes prouinciæ.*] casvs. Mutuaueras mihi. c. ſub vſuris aliquo tempore elapſo petis à me ducenta tam pro ſorte quàm pro vſuris, & vſuris vſurarum. iudex me ad hoç condemnauit. appellationem interpoſui forte poſt decem dies, & ſic mea appellatio pronuntiatur iniuſta. dicitur quòd ſentētia remanet firma. Franciſcus.

u *Leges.* vt & ſupra de condict. indeb.l.ſi non ſortem.in princip. Accurſius.

x *Conſtitutiones.* vt &.C.de vſur.l.fin.& dic condemnauit, ſcilicet tacite, non expreſſe. aliàs non valeret ipſo iure ſententia: vt. C.

quando

UNED

tius contra prolatam ſententiam iniuſtam præſidis appellauit.[a] Quæro, cum non ſecundũ legem hic Titius prouocaſſet: an exigi poſſit pecunia ſecundum cõdemnationem. Modeſtinus reſpondit, ſi ſententiæ[*] certa[b] quantitas cõtinetur, nihil proponi cur iudicati agi non poſſit.

Si ex duob⁹ delegatis alter ferat ſententiã vno modo, alter modo cõtrario, vel diuerſo: vtraq; ſentẽtia pẽdet quouſque per delegantẽ altera fuerit approbata. Pau.

XXVIII. IDEM *libro duodecimo Reſponſorum.*

DVo iudices dati[c] diuerſas[d] ſententias dederunt. Modeſtinus reſpondit, vtramque ſentẽtiam in pendenti[e] eſſe, donec cõpetens iudex[f] vnam earum † cõfirmauerit.

XXIX. IDEM *libro ſeptimo Pandectarum.*

TEmpus quod datur iudicato,[*] etiã heredibus eius, cæteríſq; qui in locũ eius ſuccedunt, tribuitur:[g] † videlicet quod ex tẽpore deeſt: quia cauſæ magis q̃ perſonæ beneficium prȩſtatur.[h][*]

XXX. POMPONIVS *libro ſeptimo Variarum lectionum.*

CVm ex cauſa donationis promiſſa[i] pecunia eſt: ſi dubiũ[k] ſit an ea res eouſq; donatoris facultates exhaurire poſſit, vt vix quidquã ei in bonis relictum ſit: actio in id quod facere poſſit, dãda eſt: ita vt & ipſi donatori aliquid ſufficiẽs relinquatur.[l] quod maximè inter liberos & parentes[m] obſeruandum eſt.

Condemnatis & confeſſis datur terminus ad ſoluendum: & ex cauſa prorogatur: quo elapſo pignora capiuntur, & poſt duos menſes diſtrahuntur. Bar.

XXXI. CALLISTRATVS *libro ſecundo Cognitionum.*

DEbitoribus[n] non tãtum petentibus[o] dies ad ſoluẽdum dandi ſunt,[p] ſed & prorogandi,[q] ſi res exigat. Si qui tamen per cõtumaciam[r] magis, quàm quia nõ poſſint explicare pecuniam, differant ſolutionem: pignoribus captis[ſ] compellendi ſunt ad ſatisfaciendum ex forma quam Caſsio proconſuli diuus Pius in hæc verba reſcripſit:[t] His qui fatebuntur[u] debere, aut ex re[x] iudicata neceſſe habebunt reddere,[y] tempus ad ſoluendum detur,[z] quod ſufficere pro facultate[a] cuiuſque videbitur. eorum qui intra diem vel ab initio datum,[b] vel ex ea cauſa poſtea prorogatum[c] ſibi, non reddiderint, pignora capi:[*] eáque, ſi intra duos menſes[d] non ſoluerint, vendantur. Si quid ex pretiis ſuperſit: reddatur ei cuius pignora vendita erant.

quando prouo. non eſt neceſ. l. ij. quæ eſt contra. Alij quòd hic erat quæſtio facti: ibi iuris. quod in idem recidit. Alij aliter dicũt: vt ibi notaui. Accur.

a *Appellauit*. poſt decem dies: vel quia ad minorem iudicem appellauit: vt. j̃. de appel. l. j. §. ſi quis.

b *Certa*. vt Co. de ſenten. quæ ſine cer. quãti. l. hæc ſententia. j. & facit. j̃. quæ ſentẽ. ſine appell. l. j. §. j. & j̃. de app. ſi expreſſim. & j̃. eod. l. cum prolatis. Accur.

D*Vo iudices.*] CASVS. Duo ſunt iudices delegati in vna cauſa. quilibet dedit ſuam ſententiam contrariam alteri. Dicitur quòd vtraque eſt in pẽdenti donec delegans confirmet quam vult. Fran. Accur.

c *Duo iudices dati*. id eſt delegati: vt non obſtet. j̃. eo. l. inter pares. quæ eſt cõtra: quia illa in ordinario dicit. vel hoc intellige [a] in interdicto vti poſſidetis, cum vterque æque probauit. Item in fami. erciſcun. iudicio, cum nõ poſſit apparere quis actor, & quis reus ſit. nec obſtat. s̃. de iudic. l. in tribus. & l. ſeq. illud enim intelligitur vt appareat quis primo de calumnia debeat iurare, ſecundum Al.

d *Diuerſas*. ita quòd cõtrarias. ſic. C. de fide inſtru. l. ſcripturæ.

e *In pendenti*. quia interim neutra aſtringit: neutra abſoluit: & tempus appellationis à tẽpore cõfirmationis cedit.

f *Iudex*. id eſt qui eos delegauit ſecundum quoſdam. vel dic eum competentem qui ad hoc delegabitur: vt C. de appell. iubemus ſiqua. & facit ſupra de lib. cau. l. duobus. & in auth. vt iudi. nõ expec. ſa. iuſſi. §. ſi autem. & ſupra de arbi. itẽ ſi. §. fi. & l. ſicuti. & l. diem. §. ſi plures. Ex prædictis diſtingue, aut ſunt delegati plures: & tũc obtinet quod hic dicitur, ſi ſunt pares: aliàs plurium ſententia obtinet: vt ſupra de arbi. l. ſicuti. Si ordinarij impares: tunc quod eſt infra eo. l. Pomponius. aliàs incipit, ſi vni. ſi pares: tunc quod in. l. inter pares. & facit. j̃. de ver. obli. l. qui ex pluribus.

T*Empus.*] CASVS. Cõdẽnatus habet ſpatiũ quatuor mẽſium ad ſoluẽdũ condemnationem. interim deceſſit. dicitur quòd id quod remanet ex hoc tempore, vadit ad eius heredẽ. Frã. Acc.

g *Tribuitur*. & etiam plus quandoque: vt Co. ſi penden. appella. mors interue. l. fi. Accur.

h *Præſtatur*. vt. s̃. eo. l. & ſi fideiuſſor. §. fi. & j̃. de reg. iu. l. in omnibus. & l. priuilegia. Accur.

C*Vm ex cauſa.*] CASVS. Ex cauſa donationis mille mihi promiſeras: & eſt dubium an hæc omnia ſoluendo remaneat tibi vnde poſſis ſuſtentari. dicitur quòd cõueniam te in quantum facere poſſis. & hoc maxime habet locum ſi eras meus pater qui hoc mihi promiſeras. Fran.

i *Promiſſa*. per ſtipulationem. hodie ſufficit nudo pacto: vt Co. de dona. l. ſi quis argentum. §. pe.

k *Dubium*. aut certum eſt eum eſſe diuitem, & non inquiruntur facultates: aut certum quod eſt pauper: aut dubiũ: & tunc inquiruntur. ſic C. de condic. inde. l. fi. & ſupra de condic. inde. l. ſufficit. & s̃. de dolo. l. & eleganter. §. non ſolum.

l *Relinquatur*. vt & j̃. de reg. iur. l. in condemnatione. & l. diuus Pius. & dicunt quidam in ſolidum teneri donatorem. ſed condemnari in quantum facere poteſt. alij dicunt nec teneri niſi in quãtũ facere poteſt. & facit. s̃. eo. l. inter. & j̃. eo. l. Neſenni⁹. §. fi.

A

m *Parentes*. donantes liberis: vt. s̃. eo. l. patronus. Accur.

D*Ebitoribus.*] CASVS. Cum debitor meus confitetur ſe mihi. c. debere: iudex debet ei præcipere vt ſoluat, dando aliquã dilationẽ. & ſi modica ſit, nec poſſit ſoluere intra illã dilationem, tunc lex dat dilationẽ. nã habebit quatuor mẽſes integros. & hæc ſunt vera quando debitor confitens non poterit incõtinenti ſoluere. ſi autem poterat, cum haberet pecuniam præ manib⁹, & nolebat ſoluere, & ſic eſt contumax: tunc pignoribus captis cogitur incontinẽti ad ſoluendũ. aut ſi non eſt contumax, ſed non poteſt ſoluere: tũc dilatio dabitur à iudice. & ſi eſt minor quàm legalis, ſupplebitur à lege, vt habeat dilationem quatuor menſiũ, ſi iuſta de cauſa impeditus nõ ſoluat intra primam dilationẽ. & ſi intra iſtam dilationẽ non ſoluat, tunc res eius pignori capientur. & ſi à tempore quo pignora ſunt capta, ceſſet per duos menſes ad ſoluẽdum, vẽdentur pignora, & ſatisfiet creditori. Fran. Accur.

B

n *Debitoribus*. poteſt dici vt loquatur tota lex quando non fuit lis conteſtata, nec proceſſit in figura iudicij: ſed tantum fuit reus cõfeſſus. vel poteſt dici ꝙ vſque ad verba reſcripti de definitiua dicat.

o *Petentibus*. cõfitentibus vel condemnatis.

p *Dãdi ſunt*. in ſententia definitiua, quod eſt quatuor menſium, vel plus, vel minus, ex cauſa: vel dic in præcepto, quod facit iudex in confeſſum citra formam iudicij.

q *Prorogandi*. ſcilicet ſi iudex minus quatuor menſibus dedit ſine cauſa, iam lex prorogat & ſupplet: vt. s̃. eo. l. iiij. §. ſi quis. Accur.

r *Contumaciam*. quia habent pecuniam: ſed nolunt ſoluere. ſic. s̃. man. l. Lucius. in fi.

ſ *Captis*. ſic inſtit. de ſatiſ. tuto. & cura. §. pe.

t *Reſcripſit*. reſcriptum loquitur poſt præceptum factum in confeſſum citra formam iudicij.

u *Fatebuntur*. tibi proconſuli. Accur.

C

x *Aut ex re*. aut, pro ſicut. nam quaſi cõdemnatus eſt confeſſus: vt. j̃. titu. j. l. j. vel dic vere eſt condemnatus confitens ipſa cõfeſſione, & ſtatim tempora iudicati currunt: vt. j̃. tit. j. l. certũ. §. fi.

D

y *Reddere*. ſcilicet ſtatim, ſi appareãt contumaces. cũ aliquo tempore tamẽ: vt. j̃. de ſolu. quod dicimus. ſed cur nõ definitiue damnatur confitens, ſed tantum ei præcipitur? Reſpond. quia non in forma iudicij fuit facta confeſſio, nec fuit iuratum de calumnia, nec lis cõteſtata: aliàs contra, ſecundũ nos: vt. j̃. tit. proxi. l. Iulianus. Alij contra: vt. s̃. ad. l. Aquil. proinde. ij. in fi. ſecundum Azo.

z *Detur*. cum non fuit contumax: vt. s̃. de iudi. l. ſi debitori.

a *Pro facultate*. ſi ſemper datur ꝓ facultate, ad quid quadrimeſtre inducitur? Reſpondeo prodeſt: quia vbi minus & ſine cauſa, ſuppletur à lege: ſed vbi tantum vel plus dat iudex, licet ſit ȩquũ plus dari, non ſupplet lex: vt. s̃. eod. l. iiij. §. ſi quis condemnatus. Item ſi iudex nihil dixit: de quadrimeſtri intelligitur.

b *Datũ*. à lege: ſcilicet quadrimeſtre tẽpus. vel dic à iudice. Acc.

c *Prorogatum*. quia iudex minus dederat: vt. s̃. eo. l. ſi ſe. §. ſi quis.

d *Duos menſes*. à die captionis. vel dic. à die ſententiæ. Azo. & hoc dic vt no. Co. de bo. auct. iud. poſſi. l. cum proponas. & facit. s̃. de compen. l. ſi cum militi. §. cum intra.

* ſi in ſententia.

a] Iſte intellect⁹ eſt ſingularis & approbatus per docto.

† eorum.

* iudicati.

† Ex lege. 12. tabul. Gell. li. 20. cap. 1. vide. l. 2. & 3. C. de vſur. rei iudic.

* Flo. præſtituitur.

Sententiæ cõtrariæ à diuerſis latæ ꝙ ſit ſtandum.

* capiantur] al. capiant.

C*Vm prolatis*.] CASVS. Cum haberem cauſam coram iudice, allegaui legem ſcriptam in corpore iuris, vel aliquam ſententiã principis in ſimili quæſtione, quæ decidit quæſtionẽ pro me: iudex credens ꝙ hæc lex nihil faceret ad quæſtionẽ, iudicauit contra me. dicitur ꝙ hæc ſententia tenet: niſi retractetur remedio appellationis. Franciſcus.

a *Cum*. ab aliis iudicibus non definitiuas, ſed interlocutorias à principe. Accur.

b *Prolatis*. i. oſtenſis & allegatis ab eo pro quo faciebant. & dic cognitionibus, id eſt ſententiis aliorum iudicum in ſimilibus negotiis: & ſecundum hoc bene exiſtimauit: vt & C. de ſen ten. l. nemo. idem tamẽ ſi contra exiſtimaſſet. Vel dic cognitionibus, id eſt ſentẽtiis domini imperatoris, quæ ſunt lex: vt C. de legi. & cõſtitu. l. fi. & idem ſi quælibet alia lex fuit allegata, & à iudice non audita, quia non credidit facere ad rem: & idem etiam ſi crediſſet, cũ non expreſſe ſed tacite iudicet contra eã: vt C. quando prouo. non eſt neceſ. l. ij. & . ſ. eo. l. prę ſes. & . ĩ. quę ſẽ. ſine ap. l. j. §. j. Quidam dicunt, & tertio, vbi expreſſe contra legem pronuntiat: vt minorẽ. xiiij. an. poſſe teſtari. nam valet ſentẽtia ſecundum eos ſi putauit aliã eſſe quæ diceret contra, & illam non valere quæ dicit eum non poſſe teſtari: vel quia correcta: vel quia non ſic intelligatur. [a] quod non placet.

c *Conſtitutionibus*. aliàs cognitionibus.

† Cõcor. tex. in. c. cum inter eo. ti. extra. & iſta. l. ſecundũ Io. de Imo. & Alex. hic, eſt ſing. ad hoc quòd ſentẽtia lata contra tenorem alicuius legis dubiæ, quæ habet plures & varios intellectus, & ſic quæ eſt ſup ambiguo iure lata: illa talis ſententia valet: & non eſt omnino nulla Bol.

* ind cante.

† Not. tex. iſtum contra ipſos teſtes corruptos & falſos: quia tales acriter & ſeuerè ſũt puniendi: & non omitto in propoſito de teſte, qđ ſi quis in cauſa capitali falſum teſtimonium tulerit contra innocentẽ: talis puniẽdus eſt vt homicida, & ſimilitudine ſupplicij: text. eſt egregius & mirabilis in l. 1. ĩ. ad l. Corn. de ſica. quẽ tex. dicit egregium Corſ in ſuis ſing. in verbo, teſtis. 162. vbi etiã refert eũ ſin. poſt Bal. & Barba.

Sententia lata contra tenorem conſtitutionis, ſi non fuit error expreſſus, valet mero iure. Pau.

XXXII. IDEM *libro tertio Cognitionum.*

CVm [a] prolatis [b] † conſtitutionibus [c] contra eas pronũtiat iudex, [d] eo quòd non exiſtimat cauſam de qua iudicat, per eas iuuari, non videtur contra cõſtitutiones ſententiam dediſſe: ideoque ab eiuſmodi ſententia appellandum eſt: alioquin [e] rei iudicatæ ſtabitur.

Sententia lata prætextu falſorũ teſtium per reſtitutionem in integrum reuocatur: & delictum punitur. Bar.

XXXIII. IDEM *libro quinto Cognitionum.*

DIuus Hadrianus aditus per libellum [f] à Iulio [g] Tarentino: & iudicante * eo, falſis teſtimoniis, [h] conſpiratione aduerſariorum teſtibus pecunia corruptis religionem iudicis circunuentam eſſe: in integrum cauſam reſtituendã, in hæc verba reſcripſit: [i] Exemplum libelli dati mihi à Iulio Tarentino mitti tibi [k] iuſſi. tu, ſi tibi probauerit, conſpiratione aduerſariorum & teſtibus pecunia corruptis [l] oppreſſum ſe: & rem ſeuerè [m] vindica: † & ſi qua à iudice tam malo exemplo circumſcripto iudicata ſunt, in integrum reſtitue. [n]

d *Iudex*. ſupple, & hoc facit eo & c.

e *Alioquin*. i. ſi non appelletur.

D*Iuus*.] CASVS. Aliquis ſuccubuit in cauſa eo ꝙ aduerſari⁹ probauit quod voluit, per teſtes pecunia corruptos. dicitur ꝙ licet non appellet, tamen ſi hoc probat, retractabitur ſententia: & etiam teſtes illi punientur: & de hoc extat reſcriptum de quo habetur mentio in litera. Fran. Accur.

f *Per libellum*. ſ. ſupplicatorium.

g *A Iulio*. ſcilicet condemnato.

h *Ex falſis teſtimoniis*. i. dictis teſtium.

i *Reſcripſit*. cuidam præſidi.

k *Mitti tibi*. præſidi prouinciæ.

l *Corruptis*. idem ſi precibus, vel etiam ſine aliqua corruptela dixerunt falſum. nã idem in teſtibus quod in inſtrumentis debet eſſe: vt. C. de fide inſtru. l. in exercendis. & teſtes inſtrumẽta dicũtur: vt. ſ. de fide inſtru. l. j. Itẽ quia tit. C. ſi ex fal. inſtru. eſt generalis in teſtibus & in inſtrumẽtis. item pro hoc. C. ſi. tut. vel cur. fal. alleg. excuſatus ſit. l. j. Sed Placen. [b] contra. nã propter inſtrumenta dicitur omnino retractari: ſed ꝓpter teſtes demum ſi ſint pecunia corrupti, vel etiam precibus. nam duo exigebant. ſ. eos falſos, & producentis dolum: quod eſſe non poteſt niſi pretium vel preces adſint: vt ar. ſ. de iudi. l. ſi prætor.

m *Seuere*. i. crudeliter.

n *Reſtitue*. actione in factum propoſita, [c] quæ & contra teſtes vel doloſe procedentem datur: vt. ĩ. ad. l. Corne. de fal. l. qui nomine. & hoc perpetuo, vel implorato officio iudic. & ſic intra quadrienniũ ex clauſula generali. ſ. ex quibus cauſis maio. l. j. in fi. ſed in caſu fauore minoris ipſo iure: [d] vt. C. ſi tut. vel cur. fal. alleg. l. j. & . ij. & . iij. Itẽ cõtra videtur. ſ. de excep. l. qui agnitis. ſed illa in inſtrumentis dicit: hæc in teſtibus: licet quidam dicant hic quando pecunia corrupti: ibi non. vel dic vt ibi. [e] & facit C. ſi ex fal. inſtru. per totum. Item quid ſi ex falſo iuramento eſt lata? dic vt C. de tranſac. l. ſi ex falſis.

a] Iſte intellect⁹ eſt ſin. & approbatur per Imo. & Ale.

b] Iſta opi. reprobatur per docto.

c] Iſta reſpõſio non cõgruit literæ: & eam reprobat Imo. & Ale.

d] Idem Bar. & Alexan.

e] Idẽ imo. & Alexan.

S*I victum*.] CASVS. Alicui capto in turri, conuicto propter aliquod delictũ & condemnato, antequã pœna ei inferretur, portabatur comeſtio, vel aliquid ſuper quo iaceret. aliquis prohibuit hoc portari. dicitur ꝙ prohibens, vtili act. in factum vel iniuriarum arbitrio iudicis eſt puniendus. Fran.

XXXIIII. LICINNIVS *Rufinus libro tertiodecimo Regularum.*

SI victum [o] vel ſtratum [p] inferri quis iudicato [q] nõ patiatur, vtilis [r] in eum pœnalis actio danda eſt: vel, vt quidam putant, iniuriarum cum eo agi poterit.

In cauſis publicis ex cauſa retractatur ſentẽtia propter inſtrumẽta de nouo reperta. Bar.

XXXV. PAPIRIVS IVSTVS *libro ſecundo Conſtitutionum.*

IMperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, quãquam ſub obtentu nouorum [s] inſtrumẽtorum reſtitui [t] negotia [u] minimè oporteat: tamen in negotio publico [x] ex cauſa [y] permittere ſe huiuſmodi inſtrumentis vti.

Iſta. l. cũ. l. tunc autẽ. & cum. l. inter pares. & . l. duo ex tribus. tractant de vna eadémque materia, quando ſunt plures iudices ordinarij vel delegati in vna cauſa: & aliqui pronuntiant: & aliqui nõ: vtrum valeat pronũtiatio: vel ſi omnes pronuntiant, & diſcordant, quæ ſententia præualeat. Pau.

XXXVI. PAVLVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

POmponius libro trigenſimo ſeptimo ad edictum ſcribit, Si vni ex pluribus iudicibus de liberali cauſa cognoſcenti, de re non liqueat, cæteri autem conſentiant: ſi is iurauerit ſibi non

o *Si victũ*. vnde viuat.

p *Vel ſtratũ*. hoc expone vt. ĩ. de verb. ſignifi. l. verbo victus. & . l. in ſtratum.

q *Iudicato*. i. condemnato. Sed ad quid differebatur pœna: vt C. de pœnis. l. cũ reis? Reſp. vt in eo. tit. ſi vindicari. & . ĩ. de pœnis. l. prægnãtis. vel dic iudicato. ſ. ſpe. ar. ſ. de iureiuran. l. admonendi.

r *Vtilis*. ſ. in factum: vt ſupra de præſcript. ver. l. quotiẽs. & arg. ſ. ad. l. Aquil. liber homo. in prin. & . l. quẽadmodũ. §. magiſtratus. Sed in quam pœnã? Reſpon. [f] vt iudici videbitur: vt ĩ. de cuſto. reo. l. ſi quis reum. & inſtit. de oblig. ex quaſi male. §. j. & . ſ. ſi quadr. pau. fecіſ. dica. l. ex hac. Itẽ cui dabitur? Reſpon. condemnato, ſi non eſt factus ſeruus pœnæ per ſententiam, vt quia deportatus, vel relegatus: vt inſtit. qui. mo. ius pat. po. ſol. §. cũ autem. & de capi. demi. §. minor. Secus ſi ſeruus pœnæ: vt quia in metallum eſt damnatus: vt inſtitu. qui. mo. ius. pa. po. ſol. §. pœnæ. quia tunc non: vt inſti. de iniu. §. ſeru⁹. nec fiſco vt domino: vt. ſ. de his quæ pro non ſcrip. ha. l. ſi in metallũ licet [g] quidam ſibi ſeruo facto dicant dari: vt ar. ĩ. de iniu. l. item apud. §. ſi quis ſic fecit. poteſt etiam criminaliter à quolibet accuſari: vt capitalis pœna imponatur: vt. C. de cuſtod. re. l. j. §. fi.

f] Idem Bar.

g] Iſte intellect⁹ eſt ſin. ſecundum Imo. & Alexan.

I*Mperatores*.] CASVS. Sententia ſolenniter lata, à qua non eſt appellatum, non poteſt retractari ob hoc ꝙ vna partium dicat ſe inueniſſe inſtrumenta quæ ſi à prin. habuiſſet, obtinuiſſet. hoc autem fallit in republica in caſu: quod dic vt in glo. Franciſcus

s *Nouorum*. i. nouiter repertorũ: vt arg. C. de tranſac. l. ſub prætextu. ſed contra. ſ. de iureiur. l. admonendi.

t *Reſtitui*. i. reſcindi. Accurſius.

u *Negotia*. i. ſententias. Accur.

x *Publico negotio* idem in pupillari, & eccleſiæ: vt no. C. eodem l. ſub ſpecie. Accurſius.

y *Ex cauſa*. ſi non ſit defenſor reipu. ſoluendo, contra quem habet act. reſpu. ar. C. de iudi. l. properandum. in fi. Sed cõtra videtur. C. ſi tu. vel cura. interue. l. etiam. & . C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. §. prędia. & . §. œconomus. vel dic [h] an ſit lapſum trienniũ & tunc an præuaricatio affuerit: vt. C. de ſen. aduer. fiſcũ. l. j. li. x. & hoc petita reſtitutione offi. iudi. ex clauſula generali: vt. ſ. ex qui. cau. maio. l. j. in fi. & ita. ĩ. quadrienniũ tantũ ſecundum Ioã. vt. C. de tempo. in integ. reſti. l. ſuperuacuã. alij [i] actione in factum, & ſic perpetuo ob dolum delinquentis. & facit. ſ. man. l. ſi hominem. & . ĩ. de excep. rei iudi. l. cum de hoc. in fi.

h] Idẽ Ang. Imo. & Alexan.

i] Idem P. & Alex.

P*Omponius*.] CASVS. Plures iudices cognoſcebant de quadã cauſa liberali. omnes excepto vno volebant iudicare: poſſunt dum tamen ille vnus iuret ideo nolle iudicare, quia de cauſa ſibi

ſibi non liqueat, nam tunc cæteri iudicant: cum & ſi omnes vellent iudicare, & diſcordarent, ſententia plurium teneret. Vltimo dicit, tunc omnes dicuntur iudicare, cum omnes adſunt. & ſtatur ſententiæ omnium, vel maioris partis. & hoc dicit hæc lex & ſequen. Franciſcus Accurſius. A

liquere: eo quieſcente cæteros qui conſentiant, ſententiam proferre: [a] quia etſi diſſentiret, [b] plurium ſententia obtineret.

XXXVII. MARCELLVS *libro tertio Digeſtorum.*

TVnc autem vniuerſi iudices intelleguntur iudicare, cum omnes adſunt. [c]

XXXVIII. PAVLVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

INter pares [d] * numero iudices ſi diſſonæ ſententiæ proferantur: in liberalibus quidem cauſis, ſecundum quod à diuo Pio conſtitutum eſt, pro libertate ſtatutum obtinet: [e] in aliis autem cauſis pro reo. quod & in iudiciis publicis obtinere oportet. [f] Si diuerſis ſummis condemnent iudices: [g] minimam [h] ſpectandam eſſe Iulianus ſcribit. B

Non valet ſententia plurium altero abſente, licet valeat eo præſente & non contradicente. Bar.

XXXIX. CELSVS *libro tertio Digeſtorum.*

DVo ex tribus iudicibus [i] vno abſente [k] iudicare non poſſunt: quippe † omnes iudicare iuſſi [l] ſunt. Sed ſi adſit, & contrà ſentiat: ſtatur duorum ſen- C

a *Proferre*: non ergo omnes iudicãt. & ſic eſt contra in authẽ. vt iudi. non expe. ſa. iuſ. §. ij. & j. e. l. duo. & ſ. de arbi. l. ſicuti. & C. quando prouo. non eſt neceſ. l. cum magiſtratus. Solu. ibi liquebat, hic non: & hoc hic iurauit: vt & ſ. de arbi. l. ſi de meis. [a] §. ex cõpromiſſo. verſi. proinde. & ar. j. de fur. l. in actione. & ſupra de poſi. l. j. §. ſi quis argentum. Sed qualiter poteſt non liquere: cum aut probat actor & obtinet: aut non, & ſuccumbit? Reſpon. vt. d. l. ſi de meis. Item hoc quando cœpit audire cauſam: & iam ad ſententiam eſt ventum. ab initio autem cognitionem accipere cogitur & procedere per ſuperiorem: vt in authen. vt iudi. non expect. §. j. & j. de mu. & ho. l. munerum. §. iudicandi. quæ ſunt contra. Item cum hic de ordinariis dicat: quod patet, quia de cauſa liberali dicit: quare non poteſt vnus totum expedire etiam alio nõ vocato: ſicut in voluntaria iuriſdictione fit: vt. ſ. de offic. con. l. j. quod hic & j. l. proxi. negat? Reſpon. hic habet locum quando ſimul cœperunt audire. aliàs quilibet ſolus poſſet audire incipere & finire: cum in ſolidum iuriſdictio videatur conceſſa: vt. ſ. de lib. cau. l. ſi pariter. & d. l. de offic. conſu. & arg. C. de auct. præ. l. fi. Idem in delegatis ad vniuerſitatem cauſarum: ſecus in pluribus delegatis ad vnam vel ad certas cauſas, qui nec etiam ab initio ſeparatim incipiunt: vt. j. eo. l. duo. Vel dic quòd in delegatis hic loquitur: qui de liberali cauſa cognoſcunt, cum contingit abeſſe præſidem: vt. ſ. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. l. j. §. j. Item nunquid interlocutoria ſententia ſine alio dabitur ab vno: vt præcipiat partes adeſſe? quod puto: arg. C. de auct. præſtan. l. vlti.

a] al. incipit, Idem Põpo.

* Hũc locũ pulchre explicat Ari. in proble. ſec. 19. de his quæ ad ius ciuile pertinent. Cic. ꝓ Cluent. & Cœlius ep. ad Cic. lib. 8. ep. Cic.

† Gell. lib. 5. cap. 6.

b *Diſſentiret*. iſte ab illis: pluriũ, &c. vt. ſ. de arbi. l. itẽ ſi vnus. §. fi. ſed an reſpectu numeri tantũ dicitur maior pars? quod videtur. [b] Alij vt Azo, [c] etiã ratione dignitatis: vt arg. ſ. de pactis. l. maiorem. & ratione diſcretionis: vt. j. de remiſ. l. qui cõmeatus. in fin. & in authẽ. de defen. ciui. §. nos igitur. nam ſi propter meã diſcretionem alius apparet maior, vt ibi dicitur: multo magis ego. D

b] Verũ eſt quãdo iuriſdictio cõpetit pluribus.

c] Verum eſt quando iuriſdictio cõpetit vt vniuerſis ſecũdum Bar.

c *TVnc autem. Adſunt*. & etiam ſententiam ferunt, vel vni iudicanti conſentiunt: vel etiam iudicato. id eſt ſententiæ. ſi vero diſſentiunt: tunc omnes. ſi autem eſt aliquis cui non liquet, ille ſe excuſat iurando: vt. ſ. l. proxi. Accurſius.

I*Nter pares*.] CASVS. Duo iudices de cauſa cognoſcentes diuerſas ſententias dederunt. quæritur cuius ſententiæ ſtetur. & diſtinguitur. nam ſi eſt liberalis, ſtatur ei ſentẽtiæ quę pro libertate eſt data. ſi autem eſt alia cauſa, ſtatur ſentẽtiæ latæ pro reo. & hoc etiam in criminalibus cauſis locum habet. ſi autem eſt cauſa pecuniaria, & diuerſas ſententias dederint, vnam in maiori, aliam in minori: ſtatur illi quæ in minori ſumma eſt lata. Franciſ.

d *Inter pares*. aliud ſi inter impares: vt ſupra eod. l. Pompo. contra. Item hoc ius habet locum in ordinariis: ſecus in delegatis: vt ſupra eo. l. duo. Accurſius.

e *Obtinet*. vt. ſ. de manu. l. lege. & arg. ſ. de fideicommiſſ. li. l. in fideicommiſſariis libertatibus. & ſ. de reb. dub. l. ſi fuerit. in fin. & idem in querela inoffic. teſta. vt. ſ. de inoffic. teſta. l. ſi pars.

f *Oportet*. ſcilicet pro reo. & eſt ſic. j. de actio. & ob. l. Arrianus.

g *Iudices*. etiam delegati. nec ob. ſ. e. l. duo. quia hic cõſenſerunt in minorẽ ſummam: vt. ſ. de arbi. l. diem. §. ſi plures. & dic vt ibi.

h *Minimam*. ſic in ſtipul. vt infra de verbo. obliga. l. inter ſtipul. §. ij. & l. ſi ita ſtipulatus fuero. x. & fa. infra de reg. iur. l. in obſcuris. & de lega. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi quis.

tentiæ. * Quid enim minus [m] verum eſt omnes iudicaſſe?

Commoda præmiorum poſſunt capi in cauſam iudicati, in ſubſidium tantum. Bartolus.

XL. PAPINIANVS *libro decimo Reſponſorum.*

COmmodis præmiorum quæ propter coronas [n] ſacras pręſtantur, condemnato placuit interdici: [o] & eam pecuniam iure pignoris in cauſam iudicati capi.

Exceptio mere perſonalis non obſtat ei cui facta eſt delegatio ex cauſa lucratiua vel oneroſa: licet obſtaret deleganti. Barto.

XLI. PAVLVS *libro quartodecimo Quæſtionum.*

NEſennius Appollinaris. [p] Si te donaturum [q] mihi, delegauero creditori meo: an in ſolidum conueniendus ſis? Et ſi [r] in ſolidum conueniendus, an diuerſum putes, ſi non creditori meo, ſed ei cui donare volebam, te delegauero? Et quid de eo [ſ] qui pro muliere cui [t] donare volebat, marito eius dotem promiſerit? Reſpondit, Nulla [u] creditor exceptione ſummouetur: licet is [x] qui ei delegatus eſt, poterit

D*Vo*.] CASVS. Tres erant iudices delegati, duo abſente tertio iudicare non poſſunt, cum omnes iuſſi ſint iudicare. ſed ſi omnes ſunt præſentes, ſtatur ſententiæ duorum. Franc. Accurſius.

* Concor. tex. in. c. fin. extra de re iudi in cap. quia ꝓpter e. tit in. ca. 1. de his quæ fi. à maio. par. c. extra.

i *Duo ex tribus iudicibus*. delegatis. idem in ordinariis, ſi cœperint cognoſcere: vt dixi. ſ. eo. l. Pompo.

k *Abſente*. vel mortuo: vt. C. de pedaneis iudi. l. placuit. & fa. ſupra de arbi. l. ſicuti. & l. item ſi. §. fin. & infra de regu. iur. l. factum. j.

l *Iuſſi ſunt*. niſi aliquis iuret ſibi non liquere: vt ſupra eo. l. Pompo.

m *Quid enim mi*. id eſt quid deficit quin hoc dicamus. ſcilicet omnes iudicaſſe?

C*Ommodis*.] CASVS. Quidã athleta pugnauerat ad populi delectationem, & obtinuerat: vnde debebat ſiue ſperabat habere præmium à republica. iſte athleta cõdemnatus eſt mihi in. c. nec bona ſua ad hoc ſufficiũt. dicitur quòd reipublicæ interdicendũ eſt ne hoc pręmium ſoluat athletæ: & hæc pecunia debita tanquam pignus tenebitur. Franciſcus.

n *Coronas*. i. victorias. qui enim pugnabãt ad delectationem populi, præmium à repub. conſequebantur: vt. C. de athletis. l. j.

o *Interdici*. vt ſibi. ſcilicet non ſoluatur, ſed victori: vt argu. ſupra eod. à diuo. §. fina. & hoc eſt verum, [d] cum omnia alia deficiant: aliàs nec priuata pactione poſſunt obligari: vt. C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ſpem. nec publica: vt. C. de execut. rei iudi. l. ſtipendia. quæ ſunt contra.

d] Idẽ Bart. Ange. & Alexan. qui dicit quod habet locũ in fructib⁹ prebẽdæ vel beneficij clerici condemnati. & idem in feudo. & hoc etiã videtur ſentire Bart. & Pan.

N*Eſennius*.] CASVS. Promiſi tibi centum dare ex cauſa donationis. delegaſti me creditori tuo, vel ei cui donare volebas: vel viro tuo cauſa dotis pro te promiſi. nunc conuenior ab eo cui ſum delegatus. an tenear in ſolidum, non deducto ne egeam: quæritur. & dicitur quòd ſic. & adducit ſimilia. & caue quia ante non reſpondet niſi ad duas quæſtiones. Idem tamen dicas in tertia. [FVNDVM.] Donaſti mihi fundum & tradidiſti: tandem deſij poſſidere hunc fundum, & ad te peruenit: nunc ago contra te ad fundum. dicitur quòd ſi non reſtituas, condemnaris in ſolidum, & etiam ad fructus extantes in ſolidum damnaris, ſi eos poſſides. ſi autem dolo deſiiſti poſſidere, iurabo contra te in litem. [IN SOLIDVM.] Ex cauſa donationis conuentus, in ſolidum condemnatus, poterit obtinere priuilegium ne executio in eius bonis fiat niſi in quantum facere poteſt. Franciſcus.

p *Neſennius Apollinaris*. Iulio Paulo ſalutem, & hanc quæſtionẽ.

q *Donaturum*. id. tradíturum ex cauſa donationis: ſed tamen iam donauerat verbis. vel etiã dic quòd non donauerat etiam verbis.

r *Et ſi*. ſecunda quæſtio.

ſ *Et quid de eo*. tertia quæſtio.

t *Cui*. mulieri.

u *Reſpondit, nulla*. tres poſuit quæſtiones. & hic reſpon. ad primam: ſed non ad ſecundam. ſed idem eſt in ſecunda quod hic dicitur in prima: vt ſupra de dona. qui id. §. fin. & facit in eo. titu. l. ij. §. cum vero. & infra de doli except. pure. §. ſi eum. & infra de noua. l. ſi quis delegauerit. & l. ſi Titius.

x *Is*. donator. Accurſius.

vti aduerſus eum [a] cuius nomine promiſit. Cui ſimilis [b] eſt maritus: maximè ſi conſtante [c] matrimonio petat. Et ſicut heres donatoris in ſolidum condemnatur, [d] & ipſe fideiuſſor [e] quem in donãdo adhibuit: ita & ei cui non donauit, in ſolidum [f] condemnatur.

Donator cõuentus rei vindicatione, non habet beneficiũ ne cõueniatur niſi in quantũ facere poteſt pro re vel fructibus. Barto.

Fundum quis donauit. [g] Si non reſtituat, [h] vt quiuis poſſeſſor [i] damnandus eſt. Si autem fundum reſtituit: fructuum [k] nomine, ſi non eos conſumpſit, [l] in ſolidum condemnandus eſt. potuit enim non periclitari, ſi ſtatim reſtituiſſet. Si dolo malo deſiit poſſidere, [m] in litem iurabitur: & tanti ſequetur condemnatio. [n] B

Exceptio quæ non impugnat ſententiam, poteſt opponi in executione eius. Paulus.

In ſolidum condemnatus donator actione iudicati, niſi in quãtum facere poteſt, non tenetur, [o] beneficio conſtitutionis.

Pronuntiata definitiua non poſſunt per iudicem retractari: ſed omiſſa circa pronuntiata, ſi concernunt acceſſoria, bene poſſunt ſuppleri eadem die. Paul. C

XLII. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

PAulus reſpondit, reſcindere * quidem ſententiã [p] ſuam præcedentem prætorem non poſſe: reliqua autem quę ad conſequentiam quidẽ iam ſtatutorum pertinent, priori tamen ſententiæ deſunt, circa condemnandum [q] reum vel abſoluendum debere ſupplere, ſcilicet eodem die.

Si plures condemnentur in vna ſentẽtia, nõ cenſetur quilibet condemnatus in ſolidũ, ſed pro parte, poſito quod in ſolidũ quilibet teneretur, & quod petitũ fuerit quẽlibet in ſolidũ condemnari. item ex perſona conrei exiſtentis non ſoluẽdo, alter cõreus nõ tenetur, quando obligatio eſt diuiſa. Pau.

XLIII. IDEM *libro ſextodecimo Reſponſorum.*

PAulus reſpondit, eos qui vna ſententia in vnam quantitatẽ condemnati ſunt, pro portione virili [r] ex cauſa iudicati [ſ] conueniri: & ſi ex ſententia aduerſus tres dicta Titius portionem ſibi competentem exſoluit, ex perſona cæterorum ex eadem ſententia conueniri eum non poſſe.

Ius exequendi ſententiam tranſit contra eum qui in locum condemnati ſuccedit. Barto.

XLIIII. SCÆVOLA *libro quinto Reſponſorum.*

EX contractu paterno actum eſt cum pupilla tutore auctore, & condemnata eſt. poſtea tutores abſtinuerunt eam bonis paternis: & ita bona defuncti ad ſubſtitutũ [t] vel ad coheredes peruenerunt. Quæritur, an hi cauſa iudicati teneãtur. Reſcripſit, † dandam in eos actionem, [u] niſi culpa tutorum pupilla condemnata eſt.

Acta non poſſunt deſtrui ſine conſenſu partis & iudicis. Bart.

a *Eum.* donatarium.

b *Similis.* cum nec ipſe habeat cauſam lucratiuam: vt. j. de actio. & oblig. l. ex promiſſione. Sed contra. s. de iure do. l. ſi extraneus. vbi delegatus à muliere, habet priuilegium vt in quantum facere poteſt damnetur. Sol. [a] ibi iam ſoluto matrimonio mulier cõtra virũ agit qui nõ exegerat: hic vir agebat. vel dic vt ibi. Item contra. s. ſol. mat. l. ſi prior. vbi prior vir delegatus ſecundo viro ab vxore in ſolidũ nõ tenetur. Sol. ibi promiſit ſic: quod mulieri debeo. vbi verba cum effectu accipio. ſecus ſi dixiſſet: decem quæ mihi dedit, tibi promitto. arg. ſupra de iureiur. l. eum qui. §. ſi mulier. Accurſius. A

a] Reprobatur per P. Imo. & Alexan.

c *Si conſtãte.* idem ſi ſoluto: vt ſupra eo. l. ſed hoc ita.

d *Cõdemnatur.* vt ſupra eod. l. ſciendum.

e *Fideiuſſor.* repete vt. s. eo. l. & ſi fideiuſſor.

f *In ſolidum.* & hoc in hac exceptione, vt quis dãnetur in quantũ facere poteſt. ſecus in exceptiõe doli, vbi diſtinguitur: vt. j. de except. doli. l. apud Celſum. §. item quæritur. &. §. ſed & ſi mulier. & l. pure. §. pen. & l. Iulianus. Azo. Itẽ facit. s. de cõdi. cau. da. l. ſi donaturus. & l. ſi extraneus. & l. qui ſe.

g *Donauit.* & tradidit. ſed poſtea aliquo modo ad eum poſſeſſio rediit: & ſic nõ eſt contra s. de dona. l. in ædibus. §. j. & l. cũ de donatione. s. de vſurpa. l. videamus. §. ſi actionẽ. quæ ſunt contra. ADDIT. Dic quòd ibi in actiõe ſtricti iuris, vel malę fidei poſſeſſore, quia tũc fructus veniunt à tempore moræ: hic vero ſecus.

* Huc pertinet qd̃ ſcribit Suetoniꝰ Iuliũ Cæſarem tantùm metum inieciſſe conſuli deſignato, vt eum nõ piguerit ſentẽtiam ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire.

h *Reſtituat.* poſtea cum poſſidens eſt conuentus actione in rem.

i *Poſſeſſor.* non vt donator in quantum facere poteſt.

k *Fructuum.* perceptorum poſt litem conteſtatam.

l *Conſumpſit.* Nam eis cõſumptis non iurabitur in litem pro eis: ſed condemnabitur in æſtimationem. erat enim malæ fidei poſſeſſor: quia poſt litem conteſtatam conſumpſit: vt. s. de dolo. l. arbitrio. §. non tamen. ſecundum H. aliàs ſi extarent, cum rei vin. poſſent peti, poſſet pro eis iurari in litem: vt. s. de in lit. iuran. in actionibus. Alij vt Azo, quòd hic [illegible] quando cõſumpti ſunt: & hic ſubaudiunt, maxime. Tertij, ſi non cõſumpſit, ſcilicet ante lit. conteſta. quia tunc non tenetur, cum ſit bonæ fidei. Quarti, quòd ſi extant, ante lit. conteſt. officio iudicis, cum bonæ fidei ſit poſſeſſor. poſt litem conteſta. rei vindicatione, ſi extant. ſi autem conſumpti ſunt: nec offic. iudi. primi: nec rei vindic. ſecundi. ſed primi nulla actione, ſecundi condictione ſine cauſa petuntur: vt C. de condict. ex lege. l. mala fide. Accurſius.

m *Deſiit poßidere.* non conſumendo.

n *Condemnatio.* quanti in litem iuratum fuerit.

o *Non tenetur.* vt &. s. de dona. l. qui id. ij. reſpon. ſic &. s. ſoluto matri. l. ex diuerſo. §. fi. & quod cum eo. l. ſi filius. & hoc ſi nõ fuerit primo iudicio ſuper hoc propoſita exceptio. aliàs ſecus: vt. j. de except. rei iudi. l. duobus. &. C. de fide inſtru. l. fina. §. fina. &. s. de neg. geſt. l. ſi autem. §. ſi quocunque. & l. quod in diem. §. ſi rationem. s. de compen. & pro hoc eſt quod notaui. s. eod. l. ſi conuenerit. & facit ſupra de iure dotium. l. ſi extraneus.

P*Aulus.*] CASVS. Iudex poſtquam dedit ſententiam definitiuam, non poteſt eam mutare, ſupplere autem poterit quod deerat: vt ſi in ſententia condemnauerat de fundo, nunc vult ſupplere in fructibus. Franc. Accurſius.

p *Sententiam.* vt. &. s. eo. l. quod iuſſit. in fin. & C. quando prouo. non eſt neceſ. l. j. &. j. eo. l. iudex. & l. acta. §. j. & l. cum quærebatur. & infra de pœnis. l. diui fratres. fallit in caſibus: vt not. C. ſenten. reſcin. non poſſe. l. j.

q *Circa condemnandum.* vt in fructibus de quibus omiſerat: vt ſupra de rei vindic. l. & ex diuerſo. & econtra abſoluit ſi à fundo petito abſolueret. & facit. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. & C. quando prouo. nõ eſt neceſ. l. omnem.

P*Aulus.*] CASVS. Duo ſunt condemnati in. xx. in vna ſentẽtia. quilibet videtur cõdemnatus in. x. & ſi vnus eorum ſoluat ſua. x. liberatur in reſiduo. Franc. Accurſius.

r *Virili.* etiam ſi in ſolidum prius tenebatur: & ſententia condemnatis proficit. ſic ſupra de doli except. l. fideiuſſor. Sed contra infra de except. rei iudica. l. euidenter. ſed plene dic vt nota. C. ſi plures vna ſentent. l. j.

ſ *Ex cauſa iudicati.* niſi iudex expreſſerit vnũquemque teneri in ſolidum.

Eadem ferè ſpecies in. l. pe. s. de aucth. iut.

E*X contractu.*] CASVS. Pupilla conuenta tutore auctore in. x. ex contractu paterno, condemnata eſt, tandem abſtinuerunt eam tutores ab heredi. paterna: & ſic hæc bona iuerunt ad ſubſtitutum vel ad coheredes. quæritur in quos detur actio ex ſententia. & dicitur quòd in ſubſtitutum, vel in coheredes, & exacti regreſſum habebunt contra tutores pupilli in caſu ſi culpa eorum condemnata fuit pupilla. Franciſcus Accurſius.

† Reſpõdit.

t *Ad ſubſtitutum.* ſed nonne euanuit ſubſtitutio adita hereditate, vt. C. de impu. & ali. ſubſtitu. poſt aditam. & idem de iure accreſcendi inter heredes: vt ſupra de vſufruc. accreſcen. l. fin. §. fin. Reſpon. [b] hoc facit reſtitutio ac ſi adita non eſſet hereditas: vt ſupra de minori. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papi. ſed ſi non habet ſubſtitutum vel coheredem: an ad cognatos inferioris gradus deferatur hereditas? Reſpon. non, [c] ſed ad fiſcum ſecundum quoſdam: vt ſupra de ſuc. edi. l. fina. Accurſius. D

b] Iſta gl. eſt ſing. ad hoc quòd licet ſubſtitutio vulgaris adita hereditate euaneſcat: quod idẽ eſt etiã in legatis per agnitionẽ primi legatarij: tamen hoc fallit vbi heres qui adiuit, eſſet reſtitutus aduerſus ipſam aditionem. Bolog.

c] Reprobatur per Imo. & Alex. quia nõ ad fiſcũ, ſed ad proximiores.

u *In eos actionem.* cum effectu, & inſpecto exitu. & de hoc excipit niſi, &c. quia & vbi culpa tutoris interuenit, datur ſimiliter in eos actio. exitus vero fit cõtra tutores qui conueniuntur, ſecundum Azo. Sed H. dicit tunc nullo modo teneri ſubſtitutum vel coheredes. argu. infra. l. proxi. §. fin. ſed ibi non habebat tutorem: vel ſi habebat, non defendit: hic defendit, ſed male. & facit ſupra de in integrum reſtitutio. l. fina. & de minori. l. ait prætor. §. non ſolum. & C. ſi aduerſus rem iudica. l. cum & minores. Item videtur huic contra. infra eo. l. ſæpe. in princ. ſed non videntur alij, ſed illi iidem qui ſunt condemnati. Accurſius.

A*Cta.*] CASVS. Acta cauſæ, id eſt ſcripturas factas in cauſis, poteſt iudex iubere ea deſtrui, ſi partes hoc volunt. & hoc ſi cauſa nondũ finita eſt. at ea finita poteſt hoc facere iudex etiam inuitis

inuitis partibus.[DE AMPLIANDA.]Ex quo iudex in ſentẽtiã impoſuerit pœnam alicui: nõ poteſt eam pœnam augere vel minuere niſi de voluntate principis.[CONTRA.]Lata ſententia contra minorem indefenſum, non tenet.& dic vt in glo. Franc. A

a *Acta*.id eſt ſcripturæ de his factæ quæ apud iudicẽ acta ſunt, vel dicta. Azo.

XLV. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

ACta[a] apud ſe habita, ſi partes conſentiãt, & iudex hoc permiſerit,[b] poteſt iubere ea die circũduci:[c] niſi vel negotium vel lis terminata eſt.[d] De ampliãda vel minuẽda pœna dãnatorũ poſt ſententiã dictam ſine principali[e] auctoritate nihil eſt ſtatuendum.

Hic eſt caſus vnic⁹ in iure, quòd valeat iudicium agitatũ cũ adulto curatorem non habente. Pau.

Cõtra[f] indefenſos minores tutorem vel curatorẽ non habẽtes[g] nulla ſententia proferenda eſt.

Verbum cõdemno, vel abſoluo, poſitum in ſcriptura ſentẽtiæ, poteſt per iudicem mutari antequã ſit pronuntiatũ: poſtea non. Pau.

XLVI. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

ACtorum[h] verba emendare tenore ſententiæ perſeuerãte non eſt prohibitum. B

Ad hoc vt valeat ſententia, debẽt eſſe præſentes vel legitimè citati omnes illi quos negotium tangit, id eſt contra quos principaliter fuit actũ: & ſi aliqui ſunt præſentes, aliqui non, nec citati: non valet, niſi quo ad præſentes vel citatos. Paulus. C

XLVII. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

DE vnoquoque negotio præſentibus[i] omnib⁹ quos cauſa[k] contingit,[l] iudicari oportet. aliter enim iudicatum tantum inter preſentes tenet. Qui apud fiſcum[m] cauſam defendere ſæpius conuenti[n] neglexerint: rebus[o] iudicatis ſubiiciendi ſunt.[p] quod[q] eo apparet, ſi ſæpe conuenti præ-

b *Ea die*.vel poſtea vſque ad deciſionẽ. Acc.

c *Circunduci*. i. deſtrui: vt not.ſ̃.de peti.here.l. ſi quis libertatem.& facit.ſ̃.de arbi.l.ſed ſi cõpromiſſum. &.j̃.l.pxi.

d *Terminata eſt*. tranſactione, vel ſententia, ita quòd non poſſit appellari. nam tunc iudex poteſt hoc facere etiam ſi partes non conſentiãt: ſed ante litem finitã nõ poteſt, ſecundum Azo. Vel dic quòd tunc poſſunt partes, etſi iudex non permittat: cũ ſuum officium ſit finitum, ſecundũ B. vel dic[a] quòd tunc fieri non poteſt, etiam partibus & iudice volente, quo minus deciſio teneat: niſi & ab ea expreſſe recedat.

e *Sine principali*. Quid ergo ſi principale reſcriptum fuerit allatum, id eſt, impetratum ſuper hoc? Reſpond.[b] non ei credam: vt. C. ſi contra ius vel vti.pu.l.fi. & de peti.bo.ſub.l.j.lib.x. niſi dicat, non obſtãte tali lege vel legibus: arg. ſ̃.de lega.iij.non aliter. &.l.ſi quis.in prin.& in authen.de teſta. imperfect.§.ſed & ſi quis. Itẽ niſi propter inopiam: vt.C.de mo.mul.l. eos. in fi.&.ſ̃.de offic.præſi. l.illicitas.§.fina.& facit C.de pœn.l.pœnam. & j̃.de quæſti.l.j.§.fi.&.j̃. eod.l.iudex. &.ſ̃.eod.l. Paulus.&.j̃.de appel.l. ab executore.ij.reſpon. & quod not.C. ſenten. reſcin.non poſ.l.j. Acc.

f *Cõtra*.ſed ꝑ eis poteſt: vt.C.de procu.l.nõ eo.

a]Iſta approbatur, aliis duabus reprobatis, ſecundũ Bart. Alc.& alios.

b] Cõtra eſt de le.l.C.de precib.imp. eſſe.

g *Non habentes*.vel habentes, ſed abeſſe nolentes.[e] argu. ſ̃. quod cuiuſque vniuer.l.j.§.& quidem.& facit. C.ſi aduer. rem iudicatam.l.cum & minores. Accurſius.

h A*Ctorum*.Dic ſecundum quoſdam quòd cum legit ſententiã: antequam legat verbum condemno vel abſoluo, poteſt id mutare, & ſic aliter ſententiare quàm propoſuerat, cum tunc ſibi aliter videatur. ſed poſt lectã non poteſt: cum nec corrigere poſſit: vt.j̃.eo.l.iudex. Vel dic ſecundo, quòd etiam tota perlecta poteſt verba definitiuæ ſententiæ mutare retenta ſententia. Nec ob. d.l.iudex. quia non iudicat iterum, ſed declarat iudicatum: vt arg. ſ̃.de teſtamen.l.heredes.§.quod vero. Item not.arg.pro nobis, ꝙ licet verba offendere ſeruata ſententia: vt not.C.de legib.& conſtit.non dubium. Accurſius. D

D*E vnoquoque*.] CASVS. Sentẽtia debet dari præſentibus partibus: & dic vt in gloſſa.[QVI APVD.] Vna partium citata à iudice ſuo, puta à procuratore fiſci, noluit venire. dicitur quòd ſententia poterit dari. Franciſcus.

i *Præſentibus*.verè, vel interpretatiuè, quia contumaces: vt.j̃.eod. contumacia.& in authen.vt om.ob.iu.§.ſi vero neque.

k *Quos cauſa*.quia principaliter contra eos lis mota fuit: aliàs cõtra: vt.j̃.eo.ſæpe.& facit.§.famil.erciſc.l.in hoc iudicio. &. C. res inter alios actas.l.fi. Accurſius.

e]Scribẽ.hic dicunt iſtam gloſ.ſing. ad hoc, ꝙ citatio facta de tutorib⁹ vel curatorib⁹, non eſt ſufficiens ad hoc vt poſſit ferri ſententia cõtra pupillos, vel contra minores ſi tutor vel curator noluit adeſſe. de qua materia ꝑ Bart. in l.qui habet.§. ſi pupillus. ſ̃. de tuto Bolog.



l *Contingit*.vt tutores & alij cum quibus fuit lis conteſtata.

m *Qui apud fiſcum*.id eſt fiſci procuratorem iudicem. Idẽ ſi apud alium. Accurſius.

n *Conuenti*.id eſt citati.& erat lis conteſtata. aliàs non poſſet dari definitiua: vt. C. de iudi.l.properandum.§.j.

ſentiam ſuam facere noluerint.

Dicitur quod decretum, ſiue citatorium, ſi fiat ſuper alienationibus ſiue trãſactionibus, debet ſcribi verbis Latinis: & intellige inter Latinos. Franciſcus Accurſius.

XLVIII. TRYPHONINVS *libro ſecundo Diſputationum.*

DEcreta[r] à prætoribus Latinè[s] interponi debent.

Filiusfa. effectus ſui iuris ſi conuenitur ex cõtractu celebrato tẽpore quo erat in patria poteſtate: ſi non eſt heres patris, condemnatur duntaxat quatenus facere poteſt: nec deducitur æs alienũ: licet ſecus in donatione. Pau.

XLIX. PAVLVS *libro ſecundo Manualium.*

ET exheredatum, vel eum qui ſe paterna hereditate abſtinuit: nec ex ipſius[t] cõtractu, niſi[*] id quod facere poteſt,[u] condemnãdum. Quemadmodum autem facere poſſe credatur, videndum eſt: vtrum deducto omni ære alieno,[x] vt is qui ex donatione conuenitur:[y] an vt maritus & patronus, nullo deducto ære alieno. Et indubitati iuris eſt, ad ſimilitudinem viri & patroni eũ detrahendum.[z] † Pinguius enim donatori ſuccurrere debemus, quàm ei qui verum debitum[a] perſoluere cõpellitur:

PRætor ait.] CASVS. Ponit edictum quod habet tria membra. Primum, ſi creditor miſſus in poſſeſ. bonorum debitoris, percipiat fructus ex illis bonis, nec eos reſtituat ei ad quem res pertinet, tenebitur ad hoc act. in factum. Secundum membrum eſt: ſi creditor miſſus in poſ. bonorum debitoris impẽdit de ſuo ſine dolo malo: in illis bonis habet act. in factum ad hoc. Tertium membrum eſt: ſi creditor miſſus in poſſeſ. deſtruxerit bona dolo malo, tenebitur act. in factum ad hoc emendandum. Poſtea reuertitur ad primum membrum, & dicit: quod dixi de fructibus vt eos reddat creditor, idem ſi quid peruenit etiam ſi pœnam ſit conſecutus creditor ex compromiſſo quod fecerat debitor cum aduerſario, qui aduerſarius inciderat in pœnam. Item quod dictum eſt in ſecundo membro, ꝙ ſi quas expenſas facit de ſuo creditor ſine dolo malo, quòd eas repetit, eſt verum ſiue proficiant expenſæ ipſi debitori, ſiue non, ſufficit enim quòd ſine dolo malo expendit. Item quod dixi in primo membro, quòd debent reſtitui fructus ei ad quem res pertinet: intellige non ſolum debitori, ſed etiam curatori bonis dato. Item huic creditori dabitur act. contra prædictos pro expenſis quas fecit de ſuo, vt in familia debitoris alenda: vel in prædiis fulciendis: vel in ſimilibus: dummodo ſine dolo malo expendit. non autem habet act. nego. geſto. ſicut nec ſocius qui communem inſulam fulſit, cum & hic creditor cum expendit in bonis debitoris, cõmune negotium dicatur facere. Idẽ hic creditor tenetur ſi dolo malo deteriora facit prædia debitoris, vel aliàs eius res. tenetur enim tãtum propter dolum, non de culpa: licet ſecus ſit in creditore qui habet pignus conuentionale: qui tenetur etiam de culpa. & quod dixi in creditore miſſo in poſſeſſ. idem intellige in curatore bonis dato, vt teneatur tantum de dolo. Item creditor miſſus in poſ. bonorum debitoris, ſi nõ vendat de bonis illis, cum hoc debitori expediret: vel nõ locet fundos debitoris, & minus percipiat fructuum quàm faceret ſi locaſſet vel vendidiſſet: tenetur ad intereſſe pro tempore quo ſtetit in poſſeſ. vel alius pro eo: non pro alio tempore. Vltimo dicit, act. in factum ex primo & ſecũdo capite perpetua eſt, & heredi & in heredem datur. actio in factum quę ex tertio capite naſcitur, eſt annalis, & in heredẽ non datur, cum propter dolum naſcatur, niſi in quantum ad eum peruenit. heredi autem datur. hoc dicit hæc lex cũ duabus ſeq. Franciſcus.

n *Prætor.* tria dicit hoc edictum. Accurſius.

o *Pertinet.* vt debitori vel curatori dato bonis: vt. j. e. §. his verbis.

p *Non reſtituat.* ad quod tenetur: vt hic. ſed contra. ſ. tit. j. l. Fulcinius. in fi. Sol. vt ibi. Sed quis colliget? Reſpon. debitor. & ſi non D facit, tunc creditor: vt. ſ. vt in poſſ. leg. l. is cui. §. qui legatorum.

q *Siue quod impenſæ.* ecce ſecundum dictum. & agitur hic contra debitorem: ſed ſuperiori contra creditorem.

r *Siue dolo.* ecce tertius caſus.

ſ *Ex re.* i. occaſione rei debitoris: vt ſubiicit. ſic. j. de incen. rui. nau. l. j. §. ex incendio. & inſtit. per quas perſo. no. adquir. §. j.

t *Conſecutus eſt.* occaſione horum bonorum. nullum ergo lucrũ facere debet, ſicut nec neg. geſtor, vt. j. eo. l. creditore. in fin. &. ſ. de neg. geſt. l. ſi autẽ. §. item ſi nec procurator. &. ſ. de procu. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. nec hereditatis poſſeſ. vt. ſ. de pe. her. l. vtrũ. §. fi. & facit. ſ. de noxa. ſi in re cõmuni. in fin. j. reſpõ.

u *Fecit.* ſcilicet creditor.

x *Sufficit igitur.* ſic ſupra de neg. geſt. ſed an vltro. §. j. ſecus in pupillo cuius in re fit impenſa: vt ſupra de nego. geſt. ſi pupilli. in princip. &. l. litis. & in eccleſia & in ciuitate: vt ſupra ſi cer. petat. ciuitas. &. C. de ſacroſanct. eccle. authen. hoc ius porrectum. in fine. item ſecus in conuentionali pignore, in quo impenſa non ſtultè demum facta repetitur: vt ſupra de pigno. ac. l. ſi neceſſarias. in princ. &. l. ſi ſeruos. quæ omnia ſunt argu. contra.

dolo erogaſſe, etiam ſi nihil profuit erogatio eius rei debitori.

His verbis, [a] *ad quem ea res pertinet*: etiam curator bonis diſtrahendis datus continebitur: [b] & ipſe debitor, ſi contigerit ne bona eius veneant. Et ipſi itaque [c] creditori aduerſus hos [d] dabitur actio quos enumerauimus, ſiue quid in fructibus percipiēdis erogauit, ſiue in familia alenda curandáve, prædiis [e] fulciendis vel reficiendis, vel de damno infecto promittēdo, vel ſeruo noxali iudicio defenſo: ſi modò non magis eum expedit [f] dedere, quàm retinere. quòd ſi dedere expedit, conſequēs erit repetere eum nō † debere. [g] Generaliter etiam dicendum eſt, quidquid impendit in rem, ſi modò ſine dolo malo impendit, repetere [h] eum poſſe. Nam negotiorum geſtorum agere non magis poteſt, quàm ſi ſocius commune ædificium fulſit: [i] quia hic quoque creditor commune nō alienum negotium geſſiſſe videtur.

Creditor de damno vel deterioratione prædiorum tenetur de ſolo dolo, non etiam de culpa. hoc dicit.

Eſt præterea quæſitum, ſi deteriora prædia facta fuerint ſine dolo [k] malo creditoris, vel iura [l] eorum amiſſa, vel ædificia diruta, vel exuſta, item familiæ pecorúmque acta cura [m] non ſit, aut poſſeſſio alij tradita, ſine dolo tamen malo: an teneatur. Et apparet eū non teneri: quia dolo malo caret: erítq; melior eius conditio, quàm in pignore [n] creditoris: qui non tantùm dolū malum, verùm culpam [o] quoque debet. Eadē cauſa eſt curatoris bonorum: nam & is tenetur vt creditores. [p] In eum quoque qui neque locauit fructum [q] prædij, neque vendidit, in factum actionem dat prætor: & in hoc condemnabitur, quanto minus propter hoc perceptum eſt, quia neque vendidit, neque locauit. [r] Cæterum ſi tantum perceptum eſt, quantum perciperetur ſi locatus vel diſtractus fructus eſſet, nihil ei imputabitur. [ſ] Præſtat autem per id tantum temporis, quo in poſſeſſionē fuit vel ipſe, vel iuſſu eius alius, quoad inde de poſſeſſione diſceſſum eſt. Nam neque hoc imputatur [t] creditori, cur in poſſeſſionem non venerit: neque illud, cur de poſſeſſione deceſſerit: cum voluntarium, & ſuum potius negotium creditor gerat. Æſtimatio autem fit, quantum intereſt eius qui experitur. Hę actiones [u] neq; temporariæ ſunt, & tam heredibus quàm in heredes dabuntur, cæteróſque ſucceſſores. [x] Si poſſeſſionis cauſa deterior facta eſſe dicetur dolo [y] eius qui in poſſeſſionem miſſus ſit, actio [z] in eum ex dolo datur: quæ neque poſt annum, neque in heredes cęteróſq; ſucceſſores dabitur: cum ex delicto oriatur, pœnæque nomine concipiatur:

X. PAVLVS *libro quinquageſimonono ad Edictum.*

NIſi quatenus ad eum peruenit.

XI. VLPIANVS *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.*

HEredi autē dabitur: quia & rei continet perſecutionē. [a]

Primum decretum interpoſitum ad petitionem veri creditoris, prodeſt omnibus aliis creditoribus: ſecus ſi primus creditor fuit putatiuus. item primo dimiſſo ius cæterorum nō lęditur. Bar.

XII. PAVLVS *libro quinquageſimonono ad Edictum.*

CVm vnus ex creditoribus [b] poſtulat in bona debitoris

---

a *His verbis*. Hoc ad primam partem edicti pertinet.

b *Continebitur*. ſi bona vendantur: vt & infra de cu.bo.dan.l.ij. in fin.j.reſpon.&.l.fin.

c *Et ipſi itaque*. nunc ad ſecundam partem edicti.& facit infra de cu.bo.dan.l.ij.in princip.

d *Hos*. id eſt curatorē & debitorem.

e *Prædiis*. ſcilicet vrbanis.

f *Expedit*. id eſt putat expedire, cum ex dolo ſolo tenetur: vt ſupra §.proxi.

g *Non debere*. hoc ità ſi ſciebat non expedire, cum ex dolo teneatur tantum. Alij dicūt hoc ſpeciale in noxalibus, vt teneatur vltra dolū: quod non placet. ſed an ſaltem tantum quātum ſeruus valet, repetat? arg. quòd ſic, ſupra de nego.geſt. ſi pupilli. §.ſed & ſi quis. econtra quòd non: quia non tam alieno quàm ſuo gerebat nomine: vt infra proxi.§.vnde donare videtur: vt inſtitut. de rerum diui. §. ex diuerſo. & facit ſupra de petit.hered.vtiles.& de act.empt.l. emptorem. in princip.

† In archetypo deeſt non, in veteribus eſt additum, rectè Taurell. in adnot.

h *Repetere*. in factum actione.

i *Fulſit*. cum pro parte fulcire non poſſet: aliàs ageret neg.geſt.vt ſupra communi diui.l. ſi quis putans.§.j.& ſupra famil.erciſ.heredes. §.non tantū. & de neg. geſt. ſi communes. & facit ſupra de noxa. ſi ſeruus cōmunis. & ſupra communi diuidun. l.& ſi non omnes.§.fin. &.l. in hoc.&.s̃.de pac. l. ſi cum fundum. Sed argu. contra. s̃. de vſufructu.l.ſi abſente.

k *Sine dolo*. & lata culpa: vt ſupra ſi menſor fal.mo.di.l.j.§.ideo.

l *Iura*. id eſt ſeruitutes.

m *Acta cura*. id eſt habita cura.

n *In pignore*. conuentionali.

o *Culpam*. id eſt leuem etiam: vt ſupra de pign. acti. l. ſi cum venderet. §.fin.& inſtitu.qui mo. re con.ob.§.fin. & infra de regu.iur.contractus. Et not.hic differentiam inter prætorium & conuentionale pignus: vt dixi ſupra de pig.act.l.j.quibus adde alia: vt infra vti poſſid.l.j.§.creditores. item facit.s̃.de dam.infect.l.ſi finita.§.ſi quis damni.

Pignus prætoriū & cōuentionale differunt.

p *Creditores*. in poſſeſ. miſſi: licet quidam dicant.id eſt conuentionales.Accurſius.

q *Fructum*. id eſt fundum ex quo colliguntur fructus.

r *Locauit*. quod facere debet.s̃.eo.l. in venditione.§.j. item hic not.quòd tenetur, ſi non adquirat: vt.s̃.de petit.hered.l.ſed & ſi. §.perinde.Arg.contra.j.quæ in frau.credi.qui autem. in princip. Item facit.s̃.de trib.l.illud.§.ſed & ſi mercem.

ſ *Imputabitur*. ſic ſupra de ali.iud.mu.cau.l.iij.in fin.&.l.non ſolum.§ penul.

t *Neque hoc imputatur*. arg.contra ſupra de dam.infect.l.ſi finita. §.ſi quis metu.Accurſius.

u *Hæ actiones*. ſcilicet in factum ex primo vel ſecundo capite edicti: non ſic ex tertio: vt infra proxi.§.

x *Succeſſores*. ſunt enim ex nego.geſt.

y *Dolo*. id eſt propter dolum.

z *Actio*. in factum: vt ſupra eod.l.j.in princip.

a HEredi. *Perſecutionem*. ab eius parte qui deliquit, pœnalis eſt: ſed non ex parte actoris, cum ad intereſſe detur. Et nota quòd hæc ratio ſufficiens eſt, ſed non neſceſſaria: quia non perſecutoriæ vt pœnales dātur heredibus: vt inſtitu.de perpe.& temp. actio. §. non autem. & facit ſupra de ali. iudi. mu.cau.fact. l. non ſolum.§.fina.&.l.ſequen. & quod metus cauſa. quod diximus.§.finali.

CVm vnus.] CASVS. Ex quo vnus creditorum miſſus eſt in poſſeſſionē, omnibus aliis videtur hoc idem permiſſum. nec videtur per liberam perſonam aliis quæri per pactum: cum nec miſſo aliquid quęratur ex pacto, ſed ex eo quod factum eſt in eo, ſcilicet in poſſeſſ. intrare, adquiritur aliis. & hoc eſt verum quando miſſus erat verus creditor: quod prodeſt aliis. ſed licet miſſo ſoluatur poſtea, non nocet aliis quin poſſint vendere bona. [IS QVI.] Dic caſum vt in gloſſ. domini mei. Accurſij. [SI PROPTER.] Creditor miſſus poſſidere, non inuenit quid poſſideat: vt quia prædium debitoris eſt inūdatum, vel ab hoſtibus occupatū, vel ſimili de cauſa non dicitur eſſe quod poſſideatur. ſed tamen perinde eſt fictione iuris ac ſi eſſet in poſſeſſ. vt ſi bona debitoris poſtea appareant, creditor intret poſſ. earum ſine noua iudicis auctoritate. & hoc dicit.hic.§. cum.l.ſequen.

b *Ex creditoribus*. ſcilicet omnibus. & ſic not.duo. Primo, quòd non prodeſt præuenire in tempore in pignore prætorio. ſic & ſupra vt in poſſeſ.lega.l.is cui.§.qui prior.& de dam.infect.l.ſi finita.§.ſi plures.&.l. prætor ait.§.eius rei. Secundo, quòd primo miſſus aliis prodeſt.ad quod facit. C.de diuerſi.reſcrip.l.j. & infra quæ in frau. cred.l.ait prætor.§.j.&.C.eo.l.fin. ſed vtrique dicto ob.C.qui pot. in pign.ha. l.ſi decreto.&.C. vt in poſſeſſ.lega.l. ſi poſtquam. quæ ſunt contra. quibus dicitur quòd primo miſſus præfertur, & ſic aliis non prodeſt, ſed nocet. Solu. ibi primo miſſi ex teſtamento, ſecundo ex contractu erant creditores, & ſic ex diuerſis cauſis, & titulis & capitulis: hic autem intellige ex vna. Item op. vtrique ſupra titu.j.l. Fulcinius. §.illud.in fin. ſed ibi in ſecundo decreto: hic in primo. præterea ibi contra latitantem, ſecundum quoſdam. Item ſecundo ob. ſupra vt in poſſ. l.is cui.§.ſi plures. ſed ibi ex cauſa lucratiua fiebat miſſio: hic non. Item ſecundo op.s̃.de dam.

dam.infec.l.ſi finita.§.ſi plures. ſed ibi ſpeciale. Itẽ obtinet quod hic dicit, ſi non prætendebatur hypotheca: alias ſecus: vt. C. qui po.in pig.ha.l.eos.Item ſi alij præſentes vſque ad biennium, abſentes vſque ad quadriennium veniant, & expenſas pro rata refundant:vt.C.eo.l.fi.hodie tamen videtur hoc immutatum: cum is qui mittitur,mittatur pro menſura debiti: vt in authẽ. de exhi. & intro.§. ſi vero.coll.v. ſecundum quoſdam. ſed certe non placet. nam quid ſi vni centum, alij centum debentur: & in bonis ſunt centum tantum? iam ergo ſolus primus haberet: quod non eſt verum.Accurſius. A

* Idcirco hanc poſſeſſionem Græci vocant τὴν καθόλου νομὴν τῶν δανειστῶν.

a *Creditoribus*. degentibus in eadem prouincia intra biennium: alioquin quadriennium: vt C.eod. l. cum apud veteres.

b *Et in rem*. id eſt ſine præfinitione perſonæ.

c *Adquirit*. miſſus ſcilicet ex pacto: cui miſſo per prætorem hæc lex dat poſſ. ſed aliquid ex ordine, &c. id eſt ex eo quod ordinariè factum eſt per eum in poſſ. adquiréda, adquiritur alij poſſeſſio: non ex pacto. & eſt ſic.ſ. de vſuris.l.ſi quis ſolutioni.§.fina.& infra quod vi aut clam. l.ij.in principio.

† Cõcor. gl. l.i.C.de poſtu. quod ergo amplio, vt non ꝓcedat etiã quã do dubitatur de eius iuriſdictione: quia tũc non ligat: vt no.in.c.cum in iure.& ibi Inn.extra de offic. deleg.

d *Poſſidere poſſe*. ſi ergo principale non valet, nec tacitum. ſic ſupra de libe. lega. l. ſi is qui duos.& infra, ne vis fiat ei.l.j.§.hæc verba.argu. contra.ſ. de inoffic. teſtamen. l. poſtumus. §. ſi quis ex his. & de hoc dixi ſupra de ſerui. ru. præd. l. item.§. qui habet in gloſſ.fin.

e *Is qui*. Feci vocari Titium ad cauſam: & eo non veniente, præcepit iudex me intrare in poſſeſſ. rerum ſuarum omnium: & dedit nũtium. Dicitur hic quòd non videtur hoc generali iuſſu comprehendere, niſi in rebus ſuæ iuriſdictionis, ad quod facit infra de verb. ſigni. l. pupillus.§. territorium.&.C.qui pe.tu.l.ij.Sed quid ſi nil ibi poſſidet reus? Reſpon. pronuntiat de mittendo: & iudex loci vbi ſunt res, mittet ad inſtar definitiuę: vt & ſupra de re iudi.l.a diuo.in prin.ſed quidam dicunt ſecus in interlocutoria: & hic dicunt iuſſus videtur, ſcilicet legitimè: cuius cura,&c.& pro eis.C. vbi pe. tut. l.j. contra quos ſupra de iudi.l.ſed & ſi ſuſceperit.§.fi.Accur. D

* Iſta lex eſt ſummè notãda pro declaratione iſtius ti.& eiuſdem. C. quæ materia vtilis & quotidiana ponitur in.l. ſi finita.§. Iulianus de damno infec. vnde ſi quæris an in iſtis im miſſionibus requiratur corporalis miſſio an ſufficiat verbalis: dic ſufficere verbalẽ per iſtũ tex. quẽ ad hoc mirabilẽ & vnicum dicit Bald in.l. 2.C. ne vxor pro mari-eũ dicit ſingu. Alexã.hic ad Bar.Bo.

f *Inundatum*. ad quod facit ſupra de adqui.poſſ.l.ij.§.Labeo. &.l. qui vniuerſas.§.item.Sed contra ſupra de adqui.re.do.adeo.§. inſulam.in fi. & inſtitut.de rerum di.§.alia. ſed illud in proprietate: vt.ſ.de adqui.poſſeſ.l.Pomponius.item ibi ad retinẽdum: hic ad adipiſcendum.

g *Potentiam*. contra.C.de adqui.poſſ.licet.in fi.ſed ibi tantum ne à perſona læderetur timuit: hic ſuſpicabatur ſe repelli: imò hic de adipiſcenda, ibi de retinenda.Accurſius.

h *Rectè*. facit ſupra quod cuiuſ.vni.l.j.§.penul.

i Q *Vamuis.Miſſus eſt*. id eſt mitti iuſſus.ſic.C.de edi. di. Hadri. l.fin.§.j. Accurſius.

k *Perinde habetur*. non vere, ſed ficte: vt ſi poſtea aliquid inuenerit, vel acceſſerit in bonis debitoris: poſſit poſſidere ſine noua iudicis auctoritate: argu. ſupra de bo.poſſeſſ.ſed quum patrono. in fi.j.reſpon.Item & quãtum ad hoc, vt ſi quæ tunc erant, quæ non poterant poſſideri: vt ſupra.l.proxi.in fin.perinde tamen ſit in eis contracta hypotheca prætoria, ac ſi in poſſeſſionem eſſet ventum: licet alias ſit opus miſſione in poſſeſſionem: vt ſupra de pig. act.non eſt. Item etiam quo ad hoc, vt licet poſtea aliquid inueniat: & poſſideat per biennium vel quadrieñium, ex tempore primo incipiat aliis creditoribus dandum: vt.C. eo.l.fi.

ſe mitti: quæritur vtrum ſolus is qui petit, poſſidere poteſt: an cum vnus petit, & prętor permiſit: omnibus creditoribus a aditus ſit. Et commodius dicitur, cùm prætor permiſerit: non tam perſonæ ſolius petentis, quàm creditoribus & in rem b * permiſſum videri. quod & Labeo putat. Nec videbitur libera perſona adquirere alij: quia nec ſibi quicquam adquirit, c cui prætor permittit: ſed aliquid ex ordine facit: & ideo ceteris quoque prodeſt. Planè ſi is poſtulauerit, qui creditor non eſt: minimè dicendum eſt vel eum qui creditor eſt, poſſidere poſſe: d quia nihil egit talis poſtulatio: aliter atque ſi creditor cui permiſſum eſt poſſidere, poſtea recepit debitum ſuum. cæteri enim poterunt peragere bonorum venditionem. B

Simplex iudicis præceptum vltra eius territorium non extenditur.Bartolus.

Is qui e poſſidere iubetur: eo ideo iuſſus videtur, cuius cura ad iubentem pertinet. †

Paria ſunt rem non poſſe reperiri, vel non poſſe poſſideri. Itẽ ad ſecũdum decretum poſſet perueniri, licet quis non ſit ingreſſus ex primo.Bartolus. C

Si propter naturam rei, veluti ſi prædium inundatũ f ſit, aut propter latronum potentiam g non poteſt poſſideri: rectè h dicitur nõ eſſe quod poſſideatur.

XIII. GAIVS *libro vicenſimotertio ad Edictum Prouinciale.*

QVamuis * poſſeſſa non ſint bona, quia forte nihil fuerit quod poſſideatur, aut ſine cõtrouerſia non poſſideatur: creditor † qui i in poſſeſſionem miſſus eſt, perinde habetur, k ac ſi etiã poſſeſſa bona fuiſſent. l

† creditor tamen.

XIIII. PAVLVS *libro quinquageſimonono ad Edictum.*

CReditore in poſſeſſionem rerum debitoris miſſo, curator conſtitui debet, m ſi quædam actiones perituræ ſunt. Datur in creditorem actio, n qui in poſſeſſionem miſſus eſt, de eo quod ex bonis debitoris ad eum peruenit. Si nondum ſit aliquid conſecutus, o actiones ſuas prꝍſtabit. Datur autem in factum actio aduerſus eum: & omne p quod in actionem negotiorum geſtorum veniret ſi poſſet agi, reſtituendũ à creditore.

Creditoribus miſsis in poſſeſſionem, permittitur facere inuentarium: & eis datur copia inſtrumentorum, vt eorum ſummam perſcribãt: vel ex cauſa totum exemplent, & ei qui ſemel exemplauit, nõ permittitur iterum exemplare, niſi iuret ſe primum nõ habere.Bartolus.

XV. VLPIANVS *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.*

CVm plures creditores in poſſeſſionem rerum debitoris mittãtur, * nec corrumpantur rationes, vni hoc negotium à creditoribus q eſſe dandũ, quem maior pars creditorum elegerit. ego puto creditoribus inſtrumentorum etiam ἀναγραφὴν † facere: non vt deſcribant ipſa corpora r inſtrumentorum, ſed quot

* mittuntur ne cor.

† id eſt deſcriptionẽ. Vide Ant. Aug.lib.4.emend.cap.j.

l *Fuiſſent*. vt ſi incorporale aliquid inueniatur, eis ſatisfiat ex eo.

CReditore.] CASVS. Creditore miſſo in poſſeſſ.bonorum debitoris: ſi in illis bonis eſt actio tempore peritura: conſtituitur vel ipſe idem creditor curator, vel alius qui illã act. intentet. Item hic creditor quidquid ex bonis debitoris ad eum peruenit, debet reddere debitori, vel curatori bonis dato. ſed ſi nõdum peruenit, habet tamen act. eam cedat. & tenetur ad hoc act. in factũ: & omnia veniũt in ea, quæ veniunt in act. nego. geſt. Franciſcus.Accur.

m *Debet*. vel idem creditor, vel alius: vt infra de cura. bo.l.ij.§. quæritur. & no. quòd perituras exercet. ſic & infra de mune.& ho.l.j.§. illud.& argu.ſ. de neg. geſt.l.j.&.ſ.de Car.edi. l.ſed & ſi is.§.quotiens. &.ſ.de adm.tut.l.inter. in fi. & de vẽtre in poſſ. mit.l.j.§.item ſi periculũ.&.j.titu.j.l. id priuilegiũ.in prin.&.§.j. Idẽ videtur de non perituris: &.j. de cur.bo. dan. l. ij. circa princip. & de Car. edi. ſed ſi is. §.j. & colligitur.ſ.eo. prætor. j.reſpõ.&. §. his verbis, & maxime quandiu eſt incertum ſit aliquis heres futurus, vel non: vt ſ.titu.j.di diu.&.ſ. e.l.ſi ſeruus.Sed Azo reſtringit ad perituras tantum.Accurſius.

n *Actio*. in factum: vt ſubiicit.& ſupra eo.l.prætor.in prin.& dic creditorem qui & curator eſt, vel etiam non curator.

o *Conſecutus*. cõſequi tamẽ poteſt vt pœnã ex compromiſſo ſuo.

p *Omne*. id eſt omnis vtilitas.culpa autem non tanta venit in hac actione, vt in neg.geſt.vt.ſ.e.l.prætor.§.eſt autem.

C*Vm plures*.] CASVS. Cum plures creditores miſſi ſunt in poſſeſſ.bonorum debitoris: debent inſtrumenta & rationes debitoris deponi apud vnum de creditoribus, quem maior pars creditorum elegerit.& iſte apud quem ſunt depoſitæ, debet facere copiam aliis creditoribus, vt deſcribant quot ſunt inſtrumenta, & de quibus quantitatibus.& non ſolum de inſtrumentis hoc poterunt facere: ſed & de aliis bonis: non autem ipſa corpora inſtrumentorum tota debebunt deſcribere, niſi ex cauſa ſiqua videtur iudici.& vltra ſemel non poterunt deſcribere.niſi iuret aliquis eorum ſe primam deſcriptionem amiſiſſe. nam tunc alia vice deſcribet, & non amplius.Franciſcus.

q *A creditoribus*. aliàs, creditori: & aliàs, à creditoribus: & non eſt vis: vt infra de cu.bo.dan.l.ij.§.quæritur.& facit ſupra de adminiſtratio.tutorum.l.iij.§.fi.& inſtitu. de ſatiſda.tut.§. ſed ſi ex teſta. & ſupra eod. in venditione.§.fin. & quod dicit, vni. quod omnes poſſunt: vt.d.l.in venditione.in fine.

r *Ipſa corpora*. ſ.tota, argu.C.de preci.impe.offe.l.vlt.

ff. Nouum.

T ij

a *Vniuerſorum*.bonorum,non tantum inſtrumentorum.

b *Diſpunctio*.i.datorum & acceptorum in ſcripturam collatio: vt infra de verb.ſigni.l.cognoſcere. A

Diſpunctio quid ſit.

c *Semel*.ſufficit ſemel.ſic.C.de iure deli.l.fi.§.ſed quia.

d *Iurauerit*.ſic ſupra de eden.l.quædã.§.fina.& in auth.de teſti.§. quia vero.col.vij.Acc.

e *Quàm bis*.Not.bis.ſic ſupra de leg.iij.l.fidei-cõmiſſa.§.ſi quis decẽ. Sed argu.contra ſupra de eden.l.veluti.§.j.

ſint, de qua re ſint, ſubnotent ſibi, & quaſi inuentarium faciant: quod etiam vniuerſorum a facere eis erit permittendum. Præterea nonnunquam prætor cauſa cognita etiam deſcribere aliquid ex inſtrumentis creditoribus debebit permittere, ſi qua idonea cauſa interueniat. Vtrum ſemel, an etiam ſæpius recognitio, & diſpunctio b concedenda ſit creditoribus, videamus. Et ait Labeo, amplius quàm ſemel c non eſſe concedendam. Si quis tamen (inquit) iurauerit d non calumniæ cauſa ſe poſtulare, neque habere quæ diſpunxerit: iterum ei faciendam poteſtatẽ ait: nec ampli⁹ quàm bis. e

## DE PRIVILEGIIS creditorum. †

## TITVLVS VI.

Pluribus volentibus emere, præfertur ille qui eſt creditor, & cognatus debitoris. Itẽ creditor tantum præfertur cognato tãtum: & inter plures creditores ille præfertur qui eſt creditor maioris ſummæ. Bartolus.

I. GAIVS *libro vicenſimoquarto ad Edictum Prouinciale.*

CVm bona veneunt f debitoris, in comparationem g extranei, h & eius qui creditor cognatúſve ſit, potior habetur creditor, cognatúſve: i magis tamen creditor, k quàm cognatus: l & inter creditores potior is, cui maior pecunia debebitur.

Funeraria actio eſt priuilegiata, ſiue fuerit funeratus defunctus, ſiue alius cuius onus funerandi ad eum ſpectabat. Bartolus.

II. VLPIANVS *libro ſexagenſimo tertio ad Edictum.*

QVæſitum eſt, vtrũ ita demũ priuilegiũ habeat funeraria, ſi is cuius bona veneũt, funeratus ſit: an etiam ſi proponas m alium eſſe funeratũ. Et hoc iure vtimur, vt quicunque ſit funeratus, id eſt ſiue is cuius de bonis agitur, ſiue quid is n debuit quod reddere eum, o ſi viueret, funeraria actione cogi oporteret, priuilegio p locus ſit: paruíque referre dicamus, B qua actione hic ſumptus repetatur, funeraria, an familiæ erciſcũdæ, an qua alia: dummodo ſumptus funeris cauſa factus ſit. Quacunque igitur actione ob funeris ſumptũ vtatur: etiam funerariam ei competere. q Quare ſi in ſtipulatum funeris impẽſa deducta eſt, dicendum eſt locum eſſe priuilegio: r ſi modò quis non abiiciendi ſ priuilegij cauſa ſtipulatus eſt.

Sponſa quæ dedit dotem habet priuilegiũ vt præferatur aliis creditoribus in dote exigenda: licet matrimonium ſecutum non fuerit: hoc dicit.

C Si ſponſa t dedit dotem, & nuptiis u renũtiatum eſt: tametſi ipſa dotem condicit, x tamẽ æquũ eſt hanc ad priuilegium y admitti: licet nullum matrimonium cõtractum eſt. † Idem puto dicendum etiã ſi minor duodecim annis in domum quaſi vxor deducta ſit, licet nondum vxor ſit.

III. PAVLVS *libro ſexagenſimo ad Edictum.*

INtereſt z enim reipublicæ & hanc ſolidum conſequi, vt ætate permittente nubere poſsit.

DE PRIVILEGIIS creditorum. *Cum bona.*] CASVS. Cum tractatur de bonis debitoris vẽdendis per creditores: & quidã ex eis volunt vẽdere, quidam nõ, & ſunt pares in numero & cumulo debiti & in dignitate, ſtabitur dicto illorũ creditorũ qui attinẽt debitori, magis quàm dicto extraneorum, & magis dicto creditorum etiam extraneorum quàm cognatorũ debitoris, qui nõ ſunt creditores eius. Item inter creditores ſtatur magis dicto creditoris qui plus habet recipere. & hunc caſum habes in gl. domini mei Accurſij, quę incipit infra creditoribus &c. Vel aliter, ego Frãciſcus poſſum ponere caſum, vt in prædicta gloſ. patet. Franciſcus.

† Et hic titulus nouus non eſt in Pandectis Flor. ſed cõtinetur ſub titulo præcedenti. quare continua numerũ legum huius titu. cum ſuperioris tit. legib. Ant. Aug. lib. 3. emen. cap. 1.

f *Cum bona veneunt*. id eſt creditoribus addicũtur, cum non inueniant emptorem, & alij ſibi cupiunt, & ſunt pares in cumulo debiti, & dignitate & numero perſonarum. & ſic tota legitur, ſecundum R. & ſic non apparet quę ſententia ſit humanior: quia illa ſeruaretur: vt argu. C. qui bo.ce.poſſ.l.fina. &.s̃. de pact. l. maiorẽ. Vel dic ſecundo, quòd quidam volunt vendere, quidam non: & ſunt pares numero, cumulo, & dignitate. & ſic lege totam. Sed hæc videtur humanior, non vẽdi: & ſic contradicunt dictæ leges. ad hoc dic quòd aliis loquuntur caſibus. vna in ceſſione: alia in remittẽdo: hęc autẽ in vẽdendo. vel etiã hic poſſet D eſſe dubitatio quæ ſit humanior, cum forte debitũ ſit vſurarium.

g *In comparationem*.i.purificationem: à par, paris, non à comparo, comparas. Azo.

h *Extranei*.qui eſt & creditor.

i *Cognatúſve*.ſic ſupra de pac.l.imperatores.

k *Magis tamen creditor*. habetur potens vel potiſſimus: & non reperitur potior: quia ſic ſuperflueret aduerbium magis. Accur.

l *Quàm cognatus*.ſ.tantum.& facit ad.l.s̃.depoſi.l. ſi plures. & dicta.l.maiorem.&.C.qui bo.ce.poſ.l.fin. Accurſius.

Q*Væſitum eſt*.] CASVS. Expendens in funus præfertur cæteris creditoribus: ſiue expendit in funus eius in cuius bonis agit: ſiue in alterius funus cui ille ſucceſſit, in cuius bonis ſit. & hæc ſunt vera, ſiue agatur funeraria, ſiue famil. erciſcun. ſiue alia. [SI SPONSA.] Priuilegium quod habet mulier in dote repetenda, quod eſt vt præferatur cæteris creditoribus, extenditur etiam ad ſponſam per verba de futuro, quæ dedit dotem cuius non eſt ſecutum matrimonium. Item ad eam quæ non potuit eſſe vxor. ducta tamen de facto fuit: vt quia erat minor. xij. an. nam ſi interim diſſoluatur, repetet dotem: & præfertur cæteris creditoribus, vt ſic ea poſſit nubere alij. Item priuilegium quod habet A pupillus cõtra tutorem, vt præferatur cæteris creditoribus, habet etiam cõtra eum qui geſſit pro curatore bona eius, cum tutor nõ eſſet. & hoc priuilegium datur pupillo, non eius heredi. Item datur prodigo, ſurdo, & muto contra curatorẽ. non autem datur cõtra curatorẽ datũ bonis abſentis, vel capti ab hoſtibus ipſi abſenti vel capto reuerſo. Item non habet hoc priuilegium pupillus contra geſtorẽ negotiorũ eius qui gerat ex amicitia. Item nõ datur cõtra curatorem datum ventri: & venter nõ ſit natus. &.h. d. hic §.cũ.ll.ſeq. vſque ad. §. diuus. Franciſcus.

m *Proponas*.veluti filiũſa. vel ſeruum eius cui⁹ bona veneunt.

n *Quid is*. ſcilicet heres. Azo.

o *Eum*.ſ. defunctũ. & eſt exemplum in filio & ſeruo & vxore & aliis: vt.s̃. de relig. at ſi quis. §.fin.& ſeq.

p *Priuilegio*. vt primò ſatisfiat ei qui hũc ſumptum fecit. ſed an etiam in hypothecis tacitis vel expreſſis præfertur? Reſpon. vt no.s̃. de relig.l.impenſa. Accur.

q *Funerariã ei competere*. id eſt funerariæ priuilegium, non autem dicas quòd cum alia competat: vt.s̃.de reli.& ſump. fu. at ſi quis. §. Labeo. quæ eſt contra.

r *Priuilegio*. facit.s̃.de dona. qui id. in princ. & C. ad Macedo. l.ij. &.s̃. ad Velleia. l. quãuis. §. ſi mulier heres. & ſupra ſi quis cau. l. ſi eum. §. fi. & qđ ibi no. arg. contra.s̃. de re iu. & ſi fideiuſſor.

ſ *Abiiciendi*. vt nouãdi animo: &.j̃. de noua. l. aliam. &.s̃. de re iud. l. iiij. §. ſi ex conuentione. Accur.

† Et ratio eſt quia dos putatiua habet priuilegia veræ dotis: & hypothecam in bonis mariti. no. in. l. ſi cũ dotem. § fin. s̃. ſolu. ma. & in. l. 1. C. de con. ob cauſam. & ideo dicebat Bal. in pręal. l. 1. quòd inſtrumẽtum dotis putatiuæ habet executionem paratam ſicut veræ.

t *Si ſponſa*.per verba de futuro. & ſic improprie dicitur dos.

u *Nuptiis*.id eſt ſpei nuptiarum.

x *Condicit*.ſ.condic.ob cauſam: vel ſine cauſa: vt.s̃. de iure do. ſi ſponſa. & arg. C. de cõdic. ob cauſam. l. ij. &.s̃. de condic. ob cauſam. l. quod ſeruus. non autem ex ſtipulatu pro dote tali. Accur.

y *Ad priuilegium*.inter perſonales. ſed an habeat tacitã hypothecam, vt mulier pro dote vera: vt. C. de rei vxo. ac. §. j. & priuilegiatam, vt anterioribus habentibus tacitã ſecundũ omnes, & etiã expreſſam ſecundũ M. præferatur: vt. C. qui po. in pig. ha. aſſiduis. §. ad hæc? Rñ. Io. ꝙ ſic cum eadẽ ſit æquitas. Alij, ꝙ nec habet tacitam, & ſic nec priuilegiatam: & pro eis. d. l. aſſiduis. ibi, quis enim &c. Itẽ illa ſunt cõtra ius commune, ergo nõ ſunt ad cõſequentiã trahenda: vt.s̃. de legi. & ſenatuſconſul. l. quod vero contra rationem. Itẽ quia nec pro vera dote tẽpore huius legis erant priuilegia in hypothecis: vt. d. l. aſſiduis. in princ. in hac ergo quaſi dote nõ inuenitur innouatũ. ſtet ergo vt olim: vt. C. de ap. pręcipimus. in fi. ſed pro Io. eſt quod hic dicit, &.j̃. l. proxi. & illa, dabimus. in prin. &.s̃. ſolu. matri. l. j. & C. de bo. quæ lib. l. non ſine. & C. ad. l. Iul. de adul. l. propter. &.j̃. de adul. l. ſi vxor. §. diuus. Item facit ad l. ſupra de ritu nup. l. minorem. & ſupra de dona. inter virum & vxo. l. cum hic ſtatus. §. fin.

z I*Ntereſt*.ſic ſupra ſolu.ma.l.j.& de iure do.l.ij. Accur.

*Dabimúſque.*

IIII. VLPIANVS *libro ſexageſimotertio ad Edictum.*

Dabimúſque ex his cauſis ipſi mulieri priuilegium.

Pupilli habent priuilegium vt præferantur cæteris creditoribus in bonis, non tantum veri tutoris, ſed etiam eius qui pro tutore geſſit. Idem in muto, ſurdo & prodigo dicitur: ſecus tamen eſt in bonis curatoris qui bonis datus eſt. hoc dicit. vſque ad. l. ſi negotium. quæ plana eſt.

Si quis cum tutor non eſſet, pro tutore negotia geſſit, [a] priuilegio [b] locum eſſe manifeſtum eſt: nec intereſt, ipſe debeat qui geſſit, ſiue heres eius, cæteríque ſucceſſores. Ipſe autem pupillus habet priuilegium: ſed eius ſucceſſores non habent. [c] Sed æquiſſimum erit, cæteris quoque quibus curatores quaſi debilibus [d] vel prodigis dantur,

V. PAVLVS *libro ſexageſimo ad Edictum.*

Vel ſurdo, muto,

VI. GAIVS *libro vicenſimoquarto ad Edictum Prouinciale.*

Vel * fatuo,

VII. VLPIANVS *libro ſexageſimotertio ad Edictum.*

Idem priuilegium [e] competere. Sed ſi bonis curator datus ſit vel abſentis, [f] vel ab hoſtibus capti, vel dum deliberant ſcripti heredes de adeunda hereditate, non oportebit priuilegium dari. non enim in eadem cauſa eſt.

VIII. PAVLVS *libro ſexageſimo ad Edictum.*

Si negotium impuberis aliquis ex officio amicitię geſſerit: debet bonis eius venditis priuilegium [g] pupillo conſeruari. & ita accepi. [h]

IX. VLPIANVS *libro ſexageſimotertio ad Edictum.*

Si ventri curator datus ſit, nec partus editus: priuilegiũ ceſſabit. [i] Diuus Marcus ita edixit: Creditor qui ob reſtitutionem ædificiorum crediderit: in pecunia quæ credita erit, priuilegium [k] exigẽdi habebit. B Quod ad eum quoque pertinet, qui redemptori [l] domino mandante pecuniam ſubminiſtrauit. In bonis menſularij [m] vendundis poſt [n] priuilegia [o] potiorem eorum cauſam eſſe placuit, qui pecunias apud menſam fidem publicam [p] ſecuti depoſuerunt. [q] Sed enim qui depoſitis nummis vſuras à menſulariis acceperunt: à cæteris creditoribus non ſeparantur. [r] & meritò. Aliud eſt enim credere, [ſ] aliud deponere. Si tamen nummi extent, [t] vindicari eos poſſe puto à depoſitariis: [u] & futurum eum qui vindicat, ante priuilegia. Eorum C ratio prior eſt creditorum, quorum pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit. [x] Perueniſſe autem quemadmodum accipimus? vtrum ſi ſtatim profecta eſt ab inferioribus ad priuilegiarios: an verò & ſi per debitoris perſonam: hoc eſt, ſi antè ei numerata ſit, & ſic debitoris facta, creditori priuilegiario numerata eſt? Quod quidem poteſt benignè dici: [y] ſi modò non poſt aliquod interuallum id factũ ſit.

a *Dabimúſque. Geſſit.* & male, ita quòd factus eſt debitor.
b *Priuilegio.* in perſonali conſtat: vt ſupra de tute. & ratio. A diſt. l. fin. & arg. infra eo. l. ſi negotium. ſed an tacitam habeat hypothecam? quidã non, niſi quando ex pecunia pupilli rem emiſſet: vt ſupra qui po. in pign. ha. idémque. tu dic etiam in reali ad inſtar tutoris: vt. C. de adm. tut. pro officio. & hic. & ſupra de pecu. l. ex facto. Accurſius.
c *Non habent.* quia hoc priuilegium non cauſæ ſed perſonæ datum eſt, argu. ſupra de admi. tu. ex pluribus. & argu. ſupra de re iudic. & ſi fideiuſſor. in fin. & C. de priui. do. l. j. niſi ſit ſuus heres: vt. C. qui po. in pigno. ha. l. aſſiduis. §. exceptis.
d *Quaſi debilibus.* facit ſupra de cu. fu. l. & mulieri. §. j. cum glo. & ſupra titu. ij. Fulcinius. §. Labeo. verſic. ſed & ſi curator. &. §. plane. & de poſtu. l. j. §. fina. & . j̃. de mu. & ho. l. j. §. fin.
e *Idem priuilegiũ.* ſcilicet perſonale.
f *Abſentis.* Not. abſentis bonis dari curatorem [a] in actione quę datur in eos. quæ qualis ſit, dic vt infra de curat. bo. dan. l. ij. in prin. & facit ſupra titu. ij. ſi diu. & infra de mune. & hono. l. j. §. fina. & de cur. fur. l. ij.
g *Si negotiũ. Priuilegium.* in perſonali actione neg. geſt. non in reali: licet ſecus in tutore & procu. vt dixi ſupra eodẽ. l. dabimúſque. in gloſ. ij.
h *Accepi.* à præceptoribus.

*Si ventri.*] CASVS in §. diuus. vſque in finẽ. l. Creditor mutuans in refectionem domorũ debitoris, præfertur aliis creditorib⁹. & hoc eſt verũ ſiue numerat domino ędificij, ſiue eo volente redemptori numeret. Item cum tractatur de bonis menſularij vendendis, & ſatisfaciendo creditoribus, præferuntur qui ex cauſa depoſiti petunt pecuniam: niſi de ea acceperint vſuras. nam tunc non præferuntur aliis, niſi pecunia depoſita extet. Vltimo dicit: & hi creditores priuilegiati ſunt, ex quorum pecunia ſolutum eſt priuilegiatis: ſiue directo ad eos peruenit pecunia: ſiue primo ad debitorem: poſtea per eum ad eos. Franc.
i *Ceſſabit.* in actione perſonali nego. geſt. quæ datur ſubſtituto, id eſt venienti ab inteſtato contra curatorem: vt ſupra ſi mulier ven. no. l. j. §. competit. & de neg. geſt. l. iij. §. hac actione. nec obſtat quia alterius nomine geſſit, cum in veritate horum erat negotium: vt in. e. tit. l. ſi pupilli. §. quid ergo inquit. nec hypotheca locum habet. item nec poſſeſſio nomine ventris data tenet: vt ſupra de vent. in poſ. mit. l. j. §. j. & de ſuo videbitur mulier alita. nam reddet per ac. in factum ſubſtituto vel heredi ab inteſtato: ſi modo ſciens fuit: vt ſupra de vent. in poſ. mit. l. j. §. fina. & ſupra ſi mulier ven. no. l. j. §. j. & . ij. ſecus ſi naſcatur, licet abortiuus: vt ſupra de ven. in poſſ. mit. l. j. §. idem erit. nam priuilegio locus eſt in ac. vtili nego. geſt. idem in tacita hypotheca, quæ ſibi nato vel ſubſtituto vel venienti ab inteſtato cum eſt abortiuus, datur ad inſtar tutoris: vt ſupra de uen. in poſ. mit. l. j. §. item ſi periculum. & ſupra. l. proxi. licet ſit arg. contra ſupra eo. l. idem priuilegium. §. j. & facit ſupra de neg. geſt. l. cum pater.

k *Priuilegium.* in perſonali & etiam in hypothecaria dupliciter. quod dic vt not. ſupra qui po. in pign. ha. interdum. facit ſupra ſi cer. pet. creditor. & in qui. cau. pign. vel hypotec. ta. contra. l. j. & ſupra de ceſ. bo. l. j.
l *Redemptori.* id eſt ei qui conduxit opus faciendum ſua impenſa: vt ſupra de rei vind. redemptores. erat ergo mãdati actio quaſi priuilegiata, quæ datur in hunc mandantem: vt inſtitu. man. §. j.
m *In bonis menſularij.* id eſt nummularij à fiſco præpoſiti ad menſam publicam: vt infra ſtatim dicet.
n *Poſt priuilegia.* imò ante priuilegia debent deponentes admitti: vt ſupra depoſi. l. ſi hominem. §. quotiens. qui eſt cõtra. Solu. dic hic poſt priuilegia, id eſt poſtquam facta eſt lex quæ dat priuilegium deponentibus: vel poſt priuilegia: ſcilicet quædam, cum poſt funerariam: vt ſupra de relig. l. pe. vel ſol. vt ibi in. d. §. quotiens. in glo. ij.
o *Poſt priuilegia.* i. poſtpoſitis priuilegiis.
p *Publicã.* à fiſco enim proponebantur argentarij & nummularij, & ſic recurrebatur ad eius ſcripturam, vt ad tabellionis: vt ſupra de edẽ. l. quædam. §. pe.
q *Depoſuerũt.* extet vel non extet. id eſt dummodo agatur perſonali actione depoſiti.
r *Non ſeparantur.* ſed à depoſitariis ſeparãtur.
ſ *Credere.* id eſt mutuare: quod videtur iam facere accipiendo vſuras, & aliud, &c. & ſic ſtricte ponitur. ſcilicet hoc verbum credere: ſed large etiam qui deponit credit: vt. s̃. ſi cer. pe. l. j. ſic ergo no. quòd accipiendo vſuras renuntiat priuilegio: & ſic eſt cõtra. s̃. de admi. tut. qui nominibus. vbi pupillus accipiendo vſuras, reliquorum non perdit priuilegium. Solu. hic ex cauſa tantum competebat priuilegium: qua ceſſante & ipſum ceſſat. ibi ex cauſa, ſcilicet tutelę, & ex perſona pupilli vel puberis competebat: vnde cum durat perſona, durat priuilegium. D
t *Extent.* accepit vſuras, vel non, cum extent.
u *A depoſitariis.* id eſt deponentibus. vel proprie & paſſiue. & not. quòd vindico hic quod ciuiliter & naturaliter poſſideo: vt &. s̃. de rei vindic. officium. &. s̃. vſufruct. quem. ca. ſi vſusfructus nomine. j. reſpon. argu. contra inſtitu. de acti. §. æque ſi. verſic. & contra quoque de vſufruct. & infra vti poſſi. l. j. §. perpetuo. Item facit ſupra de tribu. l. procuratoris. §. ſed ſi dedi. & C. de iu. do. in rebus. & ſupra de peculio. depoſui. j. reſpon.
x *Peruenit.* in perſonalibus priuilegiis dicit: vt & ſupra de ceſ. bo. l. ij. an autem in hypotheca, & quando, not. ſupra quæ res pign. ob. poſ. l. Ariſto.
y *Benigne dici.* quòd inferiori etiam caſu ſint potiores, quorum pecunia peruenit ad primos: & hoc forte cum dedit debitori non adiecto eo vt daretur priuilegiato. hoc autem adiecto, quid refert incõtinenti vel ex interuallo: vt &. j̃. quæ in frau. credit. ait prætor. ij. §. j. &. s̃. de dona. inter virum & vxorem. l. iij. §. fin. &. j̃. de ſol. Modeſt. Vel hoc cum dubitabatur vtrum dictum eſt, vel non: vt ex breuitate ſpatij præſumatur dictum eſſe. Azo.

*Sic diſtinguenda eſſe hæc capita docet Aug. libro. 3. c. 1.

a] Limitabis hoc dictum niſi abſens eſſet de proximo rediturus: vt no. in l. ignorare. C. de reſtitu. mili. quia ad hoc vt detur oportet quod cõſtet de vera contumacia abſentis: vt per Bal. & do. in rubri. C. de ſuc. edict.

Redemptor.

Pupillus accipiendo vſuras ſortis principalis, reliquorum non perdit priuilegiũ.

### x. Idem *libro ſexagenſimo-quarto ad Edictum.*

Ait prætor: *Quod poſtea contractum erit, quàm is cuius bona venierint, conſilium receperit fraudare,* † *ſciente* [a] *eo qui contraxerit: ne actio eo nomine* [b] *detur.*

### xi. Pavlvs *libro ſextodecimo breuis Edicti.*

Qui in nauem extruendam [c] vel inſtruendam [d] credidit, vel etiã emendã, priuilegiũ habet.

### xii. Vlpianvs *libro primo de officio Conſulis.*

Si magiſtratus [e] fideicommiſſi [f] ſeruandi cauſa in poſſeſſionem [g] miſerint, dare arbitrum [h] poſſunt ad ea diſtrahẽda, quæ mora deteriora futura ſunt: ita vt pretium ex his redactum apud fideicommiſſarium in cauſa depoſiti ſit, donec de fideicommiſſo quod ei debetur, conſtet. [i]

Si impubes ab hereditate paterna ſe abſtinet ipſo iure, vel per reſtitutionem: paternis creditoribus non tenetur ipſe, nec ſibi pupillariter ſubſtitutus, propter bona poſtea adquiſita: hereditate vero adita, & retenta, vterque creditoribus cum effectu tenetur. Bartolus.

### xiii. Iavolenvs *libro primo Epiſtularum.*

Ait prætor.] casvs. Debitor in fraudem creditorum vendidit rem ſuam emptore participante fraudem. Dicitur quòd actio ex empto non datur emptori, quæ præiudicet creditoribus vendentis. Franciſcus.

a *Sciente.* in fraudem fieri: ſed in habente titu. lucratiuum non exigitur ſcientia: vt infra quæ in fraud. cred. l. qui autem. §. ſimiliſque modo.

b *Eo nomine.* id eſt ex eo contractu detur cõtra alienantem: ipſi. ſcilicet qui ſecum contraxit: vt eſt arg. ſupra de contrahen. empt. ſi in emptione. §. item ſi emptor. ſi tamen de facto tradatur res, tranſit dominium: licet reuocetur per creditores: vt ſupra de cõtrahen. empt. l. ſi ſciens. ſed videtur contra infra titu. j. §. j. ex contrario. vbi licet debitori facere conditionem creditoris deteriorem, adiiciẽdo aliũ: ſed illud quando non in fraudem. Sed quid hæc. l. ad titulum? Reſpon. quia alij, vtpote quo ad hũc priuilegiati, non impediũtur per eum. & facit infra de cura. bo. dan. l. imperatores. & quæ in fraud. cre. l. fin. §. fin.

† Græciſm' pro fraudãdi. Ant. Aug. lib. 2. cap. 1.

c Qui in nauem. Extrucdam. de nouo. ſed inſtruitur puta cibariis nautarum: armatur arbore & aliis: vt hic, & infra eo. quod quis. & ſupra qui po. in pign. ha. l. huius. & not. quòd cum emitur mea pecunia: perſonale, vt hic, & d. l. quod quis, adquiritur priuilegium: non autem reale: vt. C. de pigno. l. quamuis. quæ eſt contra: niſi expreſſe ageretur: vt. C. qui po. in pign. licet. Item facit ſupra qui po. in pign. ha. l. interdum.

d *Inſtruendam.* aliàs emendam.

Si magiſtratus.] casvs. Legatarius conditionalis, quia ſibi non cauebatur ab herede: miſſus eſt in poſſeſ. omnium bonorum. Dicitur quòd ſi in his bonis ſunt aliqua quæ ſeruando deteriora fierent: debet dari curator bonis per quem vendãtur: & pecunia inde redacta dabitur in depoſitum legatario: & veniente conditione ſibi de ea ſatisfiet. Franciſcus.

e *Si magiſtratus.* non municipales, ſed maiores: vt infra ad municip. l. ea quæ. §. j.

f *Fideicommiſſi.* relicti ſub conditione.

g *In poſſeſſionem.* omnium bonorum olim: vt ſupra qui. ex cau. in poſſeſſ. ea. l. j.

h *Arbitrum.* id eſt curatorem bonis: vt ſupra de bo. aucto. iud. poſſi. in venditione. §. fin.

i *conſtet.* exiſtente vel deficiente conditione.

Paterfamilias.] casvs. Paterfam. filium ſuum impuberẽ ſibi heredem inſtituit: & ſi decederet intra pupillarem ætatem, ei ſubſtitutũ reliquit. tandem filius inſtitutus abſtinuit ſe ab hereditate paterna, & ſic creditores paterni intrauerunt poſ. horum bono. tanquã vacantiũ, & non ſufficiunt eis. tandẽ iſte impubes inſtitutus heres à quodã extraneo adiuit illam hereditatẽ, & poſtea deceſſit intra pupillarem ætatẽ, & ſubſtitutus datus ei à patre ſucceſſit pupillo. nunc creditores patris volunt agere cõtra ſubſtitutum. quęritur, an poſſint? Et videtur ꝙ non, cum ſubſtitutus nihil habeat de bonis paternis. Itẽ quia creditores patris nullũ ius habent in bonis pupilli aliũde quæſitis, qui nõ ſucceſſit patri. Econtra videtur ꝙ ſic: cum teſtamentũ vnum dicatur in quo fuit inſtitutio & ſubſtitutio. tamẽ poſtea ſoluit, & dicit non poſſe conueniri ſubſtitutũ, ſicut nec pupillũ: tum quia filij pudori parcitur, vt potius patris bona dicãtur vẽdi per creditores, quàm filij: tum quia hæc bona quæ habuit filius, & per conſequens ſubſtitutus: non habuit à patre. & hoc dicit vſque ad. §. at cum, &c. Si autem impubes adiuit hereditatem patris, & ſucceſſit alij, vel non, & deceſſit intra pub. ætatem, & ſubſtitutus ſucceſſit, tunc ſubſtitutus tenebitur creditoribus paternis, cum bona patris & filij eadem dicantur. & ſicuti poſtquam adiuit ſubſtitutus, ſi non ſe defendat à creditoribus, bona eius venduntur eo inuito: ita eo inuito cogetur reſpondere onmibus creditoribus tam patris quàm filij: nec poteſt eos ſeparare. Cætera ſunt plana. Franc.

Paterfamiliâs impuberi filio, ſi ante pubertatem deceſſiſſet, ſubſtituit heredem. is filius paterna hereditate ſe abſtinuit, [k] ideóq; bona patris [l] venierunt. [m] poſtea filio hereditas obuenit: [n] qua adita [o] deceſſit. quæro, cum prætor in ipſum pupillum, quamuis poſtea hereditas obueniſſet, creditoribus tamen patris actionem non daret: [p] an in ſubſtitutum creditoribus patris danda ſit actio: cum [q] ex bonis paternis, quę ſcilicet ad creditores miſſos ad bona pertinent, nihil adquirat: [r] & cũ creditores nihil iuris in bonis pupilli [ſ] habuerint, eorúmq; nihil interfuerit, adiretur nécne pupilli hereditas: [t] cum ea bona [u] omiſſa [x] * à ſubſtituto hereditate, [y] ad creditores [z] non pertinebant. Me illud maximè mouet, quòd præceptoribus tuis [a] placet, vnum eſſe teſtamentũ. Reſpondit, Quod prætor filio qui à paterna hereditate ſe abſtinet, præſtat, ne bonis patris ei' vẽditis in eũ actio detur, tametſi poſtea ei hereditas obuenit, creditoribus non reddat: idẽ in ſubſtituto [b] filio [c] herede ſeruandũ non † eſt: [d] quoniã filij pudori parcitur, vt potius patris quàm eius bona veneant. itaque

* admiſſa.

† Sic Flo. alias deeſt negatio, rectè vt opinor, ne diſcrepet cũ l. 42. ſ. de acquir. her.

k *Abſtinuit.* Si abſtinuit, ergo non valet teſtamentum patris: ergo nec filij vt ſupra de pupil. ſubſtitut. l. ij. §. quiſquis. ij. reſpon. quæ eſt contra. fruſtra ergo dicit de ſubſtituto. Sol. non timebis iaculum, ſi ponas impuberẽ non in ſolidũ ſed cum alio inſtitutum, ſecundum Ioan. vel dic quòd adiuit: ſed per reſtitutionem abſtinuit: vnde nihilo minus eſt heres: vt ſupra de mi. & ſi ſine §. ſed quod Papinia. Vel dic quòd in. l. contra. fuit exheredatus: hic inſtitutus. vndelicet non adeat, eſt tamen heres: vt ſupra de fideicom. lib. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. & ſupra ad Tertul. l. ij. §. ſed ſi non.

l *Bona patris.* quaſi vacantia.

m *Venierunt.* à creditoribus.

n *Obuenit.* à quodam extraneo.

o *Qua adita.* deceſſit in pupillari ætate. & aliàs eſt, qua adita. & aliàs, qui ita dec. &c. id eſt de hereditate ad eum perueniente.

p *Non daret.* vt &. C. arbi. tu. l. eum. niſi in caſibus: vt ibi not.

q *Cum.* & videtur quòd non, cum, &c.

r *Nihil adquirat.* ſcilicet ſubſtitutus, nec etiam filius. Accur.

ſ *Pupilli.* non à patre, ſed aliunde obuenientibus. Accur.

t *Pupilli hereditas.* aliunde delata.

u *Bona.* obuenientia ex alienis bonis.

x *Omiſſa.* id eſt ſi non adiiſſet ſubſtitutus.

y *Hereditate.* pupilli.

z *Ad creditores.* ſcilicet patris.

a *Præceptoribus tuis.* vt ſupra de vulg. ſubſtitu. l. pater. & inſtitut. de pupil. ſubſtit. §. igitur.

b *Idem in ſubſtituto.* ablatiuus.

